A-31-153

R-13425



REFVGIVM PECCATORVM MONSTRA TE ESSE MATREM.

# CONSILIVM PRO AMICO

## VBI PRAECIPVE.

METHODICA DELINEATIO TEXTVS In lege 1.tit.2.lib.5.nouæ Recop. & contra fere omnium ſcribentium dogmata nouiter intellectus.

*A D. IOANNE ADAM MALO DE MOLINA I. V. Laureato, olim Vrſaonenſi Vniuerſitatis Cathedræ Inſtitutionum in Scriptis moderatore. Nunc apud Conſilia Regia cauſarum Patrono.*

SVB PATROCINIO DEIPARÆ VIRGINIS MARIÆ, SINE ORIGINALI maculæ conceptæ, cui velut Vnicæ ſuæ Patronæ

O. D. C.


Diegodeleon
ft. Cordoba

# FACTI NARRATIO.

PETRVS cum Primùm in vxorem Franciſcam duceret, & ex hoc matrimonio Mariam filiam legitimam haberet, & Fràciſca ab hac vita migrante, ſecundas nuptias cum Andrea celebraret, & in ea ſuum filium Ludouicum procrearet, viuis & Andrea, & Ludouico graui laborans ægritudine ſuum con fecit teſtamentum, in quo tertio, & reſiduo quinti ſuorum bonorum dictam Mariam filiam ſuam meliorauit; tranſlatiſque deinde aliquibus annis eam in matrimonium Ioanni collocauit, in dotemque dedit, quod dicta melioratio valeret; quam ſe non re uocaturum obligauit, imo irreuocabiliter promiſsit; cuius pacti virtute contractum fuit matrimonium; & licet nulla interuenien te ſcriptura, multis, idoneiſque teſtibus hoc pactum vallatum eſt. Poſtea poſt aliquorum annorum curricula, dictus Petrus facultaté Regiam à Principe impetrauit (his omiſsis, & taciturnita te oppreſsis) ad omnes ſuas facultates moioratui ad ſtringendas, ad fauorem filij ſui Ludouici, eiuſque deſcendentium; quæ facultas conceſſa fuit ex motu proprio, & ex certa ſcientia, ſub his qualitatibus; *Con tanto, que tengais obligacion de dexar, y dexeis a los otros vueſtros hijos, o nietos alimentos competentes.* Et poſtea: *Y otro ſi, con tanto que los bienes, de que aſsi lo hizieredes, ſean vueſtros proprios; porque mi intencion, y voluntad no es de perjudicar en ello a mi Corona Real, ni a otro tercero alguno.* Qua vtens facultate in ſuo teſtamento, ſub cuius diſpoſitione à vita deceſsit, titulo legati inſtituit Maioratum omnium ſuorum bonorum, ad fauorem dicti Ludouici; Mariæque certa alimenta reliquit, ſub qualitate, & in caſum, ſi à viro diuerteret, vel diſſolutum eſſet matrimonium. Et cum in extremis vitæ adeſſet, petijt tabellionem ad reuocandum teſtamentum; ſic ſuum animum, & mentem declarando, ſe velle de nouo conſtituendum ad fauorem Mariæ, & reuocandum in illis, quæ ad fauorem Ludouici erant diſpoſita, & cum ex breui interuallo ſenſum amitteret, tabellione ad venien- ab omni diſpoſitione fuit allienus, & à terrenis ablatus. Ex qua facti narratione, ſex inſurgunt inueſtigandæ quæſtiones.

Prima: Dato quod talis melioratio contemplatione matrimonij facta ad fauorem filiæ ſit contra legem Matriti, quæ eſt *lex. 1. tit. 2. lib. 5. recop.* An in totum annulletur, an vero talis promiſſio reducatur ad eam portionem, quæ Mariæ ab inteſtato competeret, ſi tūc cū Ludouico, eius fratre Petro patri ſuo ſuccederet.

ideſt

ideſt ad dimidiam bonorum, itaut pater talem vltimam melio rationem neutiquam inſtituere poſſet? Et reſoluitur melioratio nem factam Mariæ non annullari in totum; ſed moderari ad illã portionem quæ illi, patre mortuo ab inteſtato, competeret. Et ſic diſpoſitio & melioratio poſtea a Petro facta ad fauorem Ludo- uici nullius eſſe momenti.

Secunda: An etiam ſtante dicta lege Matriti talis melioratio valeat, cum originem à teſtamento ſumpſerit, licet perfectio- nem & irreuocabilitatem à pactis matrimonialibus? Et reſolui- tur affirmatiue.

Tertia: An lex Matriti prohibeat meliorationes factas ad fauo rem filiarum en contractu matrimonij. Et an lex noſtra obſerue tur, & obſeruanda ſit? Et negatiue reſpondetur. Et contra Bae- çam, & fere omnes D D. defenditur per legem Matriti meliora- tiones factas in contractu matrimonij ad fauorem filiarum non eſſe prohibitas, imo legem ad eas inuitare. Vltra quod multos exceſſus in lege contineri; & illam non eſſe obſeruatam, nec ob- ſeruandam.

Quarta: An talis facultas Regia dicatur obrreptitia, & ſubrrep titia, & propter hoc nullum effectum pariat? Et affirmatiue reſpondetur.

Quinta: An talis facultas Regia, ſit conditionalis itaut ex eo ipſo quod alimenta non relinquantur euaneſcat. Et an dictio *contanto*, latine *dummodo*, conditionalis nomen adſtipuletur, & non modalis? Et affirmatiue tenetur.

Sexta: An talis maioratus titulo legati inſtitutus nuda, vel im perfecta voluntate reuocari valuit, & quot probetur teſtibus? Et reſoluitur affirmatiuè, probarique tribus, vel quinque teſtibus

# PRIMA QVAESTIO.

DATO, quod talis melioratio contemplatione matrimonij facta ad fauorem filiæ ſit contra legem Matriti, quæ eſt *lex 1. tit. 2. lib. 5. nouæ Recop.* an in totum annulletur, an vero talis promiſsio reducatur, ad eam portionem, quę filiæ competeret patre ab inteſtato decedente? Et reſoluitur non annullari in totum, ſed ad illam portionem reduci. Ita vt poſtea à patre alia melioratio inſtitui non valeat ad fauorem alterius filij.

## *SVMMARIVM.*

*IN pacto de meliorando non requiritur ſcriptura. n. 1. & ſeqq.* 1

*Ratio n. 4. & ſeqq.*

*Solutio ad verba legis 22. Tauri.*

Y aſsi meſmo mandamos. *num. 8. & ſeqq.*

*An melioratio prohibita ad fauorem filiæ cauſa matrimonij annulletur in totum, an quoad exceſſum legitimæ voluntariæ, an quoad neceſſariæ? num. 10.*

*Videtur quod annulletur quoad exceſſum legitimæ neceſſariæ n. 11.*

*Generalis prohibitio totius includit etiam ſuam partem. Ibid.*

*Quæ etiam in pœnalibus, & odioſis procedit num. 12.*

*Probibito vno cenſentur probibita omnia, per quæ ad illud peruenitur. num. 13.*

*Ponderatur l. 10. tit. 2. lib. 5. recop. num. 14.*

*Melioratio talis annullatur ſolum quo ad exceſſum legitimæ voluntariæ num. 16.*

*Probatur ex ſupplicatione in l. 1. tit. 2. lib. 5. recop. quæ æqualitatem deſiderat num. 17.*

*Fortiſsimum argumentum à ſupplicatione num. 18.*

*Hanc æqualitatem ſummopere commendant leges num. 20.*

*Lex hortatur ad eam parentes, num. 21.*

*Fæmina æqualiter debet ſuccedere num. 22.*

*Ex inæqualitate inter liberos diſcordia, num. 23.*

*Ponderatur Dom. Larrea n. 24.*

*Melioratio non eſt aliud, niſi capere plus, quã cæteri filij n. 27.*

*Capiens partem iure debitam non dicitur meliorata n. 28. & ſeq.*

*In tali pacto filia non accipit magis quam ſuam legitimam n. 30.*

*Ponderatur tex. in leg. miles ad ſororem 75. §. vnic. ff. de leg. 3. num. 31.*

*Ponderatur tex. in leg. qui filiabus 17. §. fin. ff. de leg. 1. num. 33. & ſeqq.*

*Ponderatur tex. in leg. ſi vir 31. §. quod legatur ff. de donat. inter, num. 35.*

*Ponderatur Dom. Larrea num. 36.*

Melioratio eſt donatio.nu.37.& ſeqq.
Ponderatur Azeuedo.num.39.
Similes diſpoſitiones, ac promiſſiones reuocantur ſolum in exceſſu.num.40.
Promittere dotem, & dare idem. num.41.
Ex promiſſione dotis mulier dicitur dotata, ac ſi res tradita fuiſſet.num.45.
Dos promiſſa tantum, dos eſt. num.46.
Eaque data cenſetur.ibid.
Nec ſecus confertur, ac ſi tradita fuiſſet.ibid.
Non ſolum dotem primo marito tradditam ſed & promiſſam tenetur pater dare filiæ ſecundo nubenti.num.47.
Idem ius ſtatuitur in dote data; ac in promiſſa.num.48.& ſeqq.
Ponderatur lex.9.tit.2.lib.5.recop num.50.& ſeqq.
Donatio facta alicui reuocatur in totum ſupernaſcentibus liberis. Si eſt facta filio reuocatur in quantum cæterorum filiorum legitimis lædit.num.52.& ſeq.
Donatio cauſa dotis ex ſuperuenientia filiorum reuocatur ſolum quoad exceſſum legitimæ.n.54.
Lex Matriti, ſolum appetit, quod filia totam ſuam legitimam accipiat.num.55.
Ponderantur verba legis. Lo que mas diere lo aya perdido, y pierda.num.56.
Exceſſus meliorationis vltra legitimam pertinet ad omnes filios, & ad filiam melioratam ita vt de hac portione non poſſit diſponere pater, ſed omnes æqualiter eius morte inter ſe diuidant. num.57.
Verba deciſionis ſecundum ſupplicationem intelliguntur.n.58.
Lex Matriti in fauorem filiorum promulgata, in eorum damnum redundaret, ſi exceſſus meliorationis non ad eorum fauorem amitteretur.num 58.
Exceſſus arrarum ad conſanguineos ſpectat.num.60.
Dotis exceſſus mulieris, ad ſecundas conuolantis nuptias ad filios ſpectat. ibid.
Pœna priuationis, aut amiſsionis bonorum à lege impoſita videtur fauore eorum, quorum contemplatione promulgata fuit lex.num.61.
Quando quis remouetur à lucro, lucrum debet aplicari ei, ad cuius fauorem introducta fuit diſpoſitio.num.62.
Pœna à lege impoſita quando non eſt impoſita ratione criminis, non eſt fiſco applicanda.nu 63.
Pœna à lege impoſita, quando non eſt impoſita propter publicam vtilitatem, aplicanda eſt parti, cuius fauore lex pœnam decreuit. num.64.
Ponderatur Baeça.nu.65.& ſeq.
Ponderatur in terminis Andreas de Angulo.num.69.& ſeq.
Ponderatur Dom. Larrea.nu.71.
Ponderatur Baeça num.72.
Generalis prohibitio includit, ſuam partem, quando eadem ratio concurrit.num.73.
Non obſtant illa verba. Tertio, ni quinto.num.74.

Non

*Non obſtat lex.1.§.ſciendum ff. de leg.1.num.75.*

*Non obſtat lex 10.tit.2.lib.5.recop.num.76.*

*Ponderatur Angulo.num.77.*

*Non obſtat quod talis filia adquirat magis quam cæteri filij non meliorati.num.78.*

*Ponderatur Baeça,num.79.*

N.1. ANte quam ad noſtras deueniamus quæſtiones, præmittere liceat quod ex *lege 22. Tauri* in pacto de non meliorando ſcriptura publica requiritur, in pacto vero meliorandi tale requiſitum non petitur. Vnde quod in tali pacto de meliorando ſcriptura publica non requiratur, ſed ſufficiat quod teſtibus probetur comprobatur *ex leg. contrahitur ff de pignor. leg. pactum quod bona fide Cod. de pactis. leg. cum te. leg. ſiue apud acta Cod. de tranſact. leg. cũ res Cod. de probat. leg. in exercendis Cod. de fide inſtrum. leg. 6. tit. 5. par. tit. 5. leg. 6 tit. 13. partit. 5.*

N.2. Ex quibus infertur, nam cum ad vim pacti ſcriptura non requiratur ex ſui natura, & in hoc caſu neutiquam petat eam lex, fuit caſus omiſſus, & ſic remanſit ſub iuris communis diſpoſitione *leg. commodiſsimè ff. de liber. & poſth.* cum vulgatis. Et quod non mutatur ſtare non prohibetur *leg. ſancimus Cod. de teſtam. leg. præcipimus Cod. de appell.*

N.3. Et ſic hoc eſt ab omnibus ſequutum, quod in tali pacto ſcriptura non requiratur ſecundum *d. leg. 22. tauri*, vt ibi docent Didac. Caſtillo, *verbo ſcriptura.* Tello Fernandez, *a num. 4. & ſeqq.* Anendaño, *gl. 1. num. 14.* Ioann. Lup. *num. 4.* Anton. Guom. *num. 28. Et in leg. 6 tit. 6. lib. 5 recop.* Matienço *gloſ. 2. nu. 1.* Azeuedo, *num. 10 12. & 13. verſ. & hanc differentiam.* Angulo *gl 3. num. 2. & 3. & gl. 4. num 2.* Dom. Larrea *diſcept. Granatenſi 36. nu. 13.* Dom. D. Ioann. del Caſtillo *lib. 5. controu. cap. 149. nu. 10 & ſeqq.* Dom. Ludou. de Molina, *de Hiſpan. primog. lib. 2 cap 8. num. 10. & 13.* vbi Addit. Mieres de mairorat. *part. 1. quæſt. 65. nu. 41. in fin.* Ioan. Gutierr. *lib. 2. pract. quæſt. 59. num. 1. in fin.*

N.4. Ratio vero quare in pacto de meliorando non requiratur ſcriptura; in pacto de non meliorando ſic, diuerſimode accipitur à Doctoribus: Matienço *in d. leg 6. recop gl. 2. num. 4.* Angulo *gl. 1. num. 2.* Auendaño, *in d. leg. 22. tauri gl. 1. num. 17.* & Burgos de Paz *ciuil quæſt. 4. ſub. num. 7. verſ. quod conſtat.* Docent eſſe quia pactum de meliorando ſupponit, vel petit lex eſſe cum tertio. Et ſic qualitercunque probetur, & ſine ſcriptura, ſufficit ob euitandũ tetij damnum. Pactum de non meliorando non appetit *lex 22.* eſſe cum tertio, & ſic minorem cauſam prohibendi habet. Sed hanc ratione impugnāt, Azeued, *vbi ſupr. n. 13.* Dom. Caſt. *n. 15.*

Tello

N.5. Tello Fernandez *num.* 4. vt duram ponderat hanc differentiam, cum pactum de non meliorando ſit iuri magis confor me cum æqualitatem inter filios deſideret,& propter meliorandi pactum iniuria non melioratis fiat,& damnum capiant. Vnde tradit vnam rationem Berengarij Fernandez, & aliam propriam, quas inpugnant Matienço,& Auendaño,locis relatis. Vnde Mieres *num.* 41. dat pro ratione,quia non omnium, quæ in iure ſcripta ſunt ratio poteſt traddi. Et Gutierr. *num.* 1. *ad fin.* dicit ſufficere ita eſſe ſcriptum in lege.

N.6. Genuina vero,vera,& iuridica differentię ratio eſt quam tradunt locis relatis Dom. Caſtillo *num.* 16. Dom. Larrea *num.* 13. & Addit. ad Dom. Ludou. à Molina *num.* 13. ibi: *Ideo in pacto de non meliorando requiritur ſcriptura publica, quia hoc pactum reſiſtit diſpoſitioni iuris, per quam libere facultas conceſſa eſt cuilibet, vt poſsit, quos voluerit ex deſcendentibus meliorare; & ſic vt appareat de promiſsione libera, ac firma, paciſcentis, ſcriptura publica deſideratur: ſecus in caſu affirmatiuo de meliorando, per quod ad ius Regium reducitur paciſcentis voluntas.*

N.7. Niſi ego dicere,tantorum virorũ ſalua venia,audeam. Quod cum diſpoſitio teſtamentaria non ſine ſcriptura poſsit eſſe, cum etiam nuncupatiuum teſtamentum ad eam per iudicem reducatur. Quid admiratione dignum,quod prohibitio liberæ teſtandi voluntatis ſcriptum appetat? quod ſecus eſt in pacto meliorãdi, quod ex natura pacti ſcripturam non cupit; vt probatur ex iuribus ſup. traditis *num.* 1.

N.8. Nec his obſtant verba legis 22. Tauri ibi: *Y aſsi meſmo mandamos* quæ eiuſdem repetitiua diſpoſitionis videntur, quia non eſt bona illatio de vno caſu ad alium; cum diuerſi ſint caſus *leg. Papinianus exuli ff. de minor* vt ponderat Azeued. *d. num.* 10, & melius Ioann. Gutierr. & Mieres.

N.9. Et ex eis Dom. Caſtillo *d cap* 149. *num.* 13 ibi; *Eãdem etiam ſententiam tenuit ſingulariter, & vere Pelaez à Mieres* 1. *part d. quæſt.* 65. *num.* 39. *ſcilicet quod in dict. ſecundo caſu illius legis, non requiritur ſcriptura publica nec ea neceſſaria ſit. Et ſtatim num.* 40. *&* 41 *inquit contra hanc ſententiam argui non poſſe quod illa verba* Por eſcriptura publica; *debeant etiam referri ad ſecundam legis partem. Quia cum dicta lex.* 22. *in prima parte contineat diuerſum caſum, & diſpoſitionem ab his, quæ continentur in ſecunda parte, & vtraque illarum contineat orationem perfectam, & ſpetialem, vna non reffertur ad aliam, prout ibi comprobat; & cum in ſecunda parte illius legis nihil cautum ſit de ſcriptura publica, ſeruandum eſt ius commune; quia caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis.* Et copioſius proſequitur

ſatiſ-

ſatisfaciendo, quæ (ne tranſcribam) omitto. Et quia vt indubitatum hoc in iure, & apud authores affirmamus.

N.10. Quibus prænotatis ad primam tranſeamus noſtram quæſtionem, quæ eſt quod ſupponendo, vt pro nunc vellimus ſupponere, quod melioratio tertij, & reſidui quinti facta in contractu inter viuos, matrimonij intuitu ad fauorem filiæ prohibita ſit ex *leg. prædicta Matriti*, ſcilicet *1. tit. 2. lib. 5. Recop.* Et ſupponendo (prout nunc nō veremur ſupponere) quod in ſpecie noſtri caſus verſetur eius legis diſpoſitio, & ſic prohibita ad inueniatur melioratio facta à Petro Mariæ filiæ ſuæ, vt eā cum Ioāne in matrimonium collocaret. Reſtat diſputare, an in totum annulletur eius promiſsio, an vero in eo, quod excedat legitimam voluntariam ipſius Mariæ? Hoc eſt, Illam, quæ ab inteſtato, mortuo Petro, illi competeret, quæ (cum ille ſolum Mariam, & Ludouicum filios haberet) dimidia bonorum Petri pars conſideratur?

N.11. Et Primo videtur dicendum, in totum reuocandam talem promiſsionem dotis, vel meliorationem. Et ſolum tenendam in quātum legitimam neceſſariam eius Mariæ importet, quæ eſt deducto tertio, & quinto, & legitima Ludouici. Et hoc probatur, quia generalis prohibitio totius includit etiam ſuam partem, *cap. maioribus de præbend. leg. qua de tota, ff. de rei vendic.* Pet. Barboſ. *in leg. cum prætor. §. 1. num. 11. ff. de iudic.*

N.12. Quæ etiam in pænalibus, & odioſis procedit, *leg. 4. §. Cato in fin. ff. de V. O.* per quam Iaſſo ibi *num. 15.* notat quod qui promiſſit ſub pæna non petere centum, incidit in pænam petendo quadraginta; Maxime cum *d. leg. Matriti dicat* ibi: *Tacita, ni expreſſamente.*

N.13. Et prohibito vno cenſentur prohibita omnia, per quę ad illud peruenitur, *leg. oratio ff. de ſponſ. leg. pupillus §. ſed ſi interpoſitam ff. de auth. tut. leg. eos in fin. Cod. de vſur* Maſcar. *de probat. concl. 102.*

N.14. Imo & ſi illam partem tertij, & quinti, quæ ſuam legitimam attingebat caperet, diceretur meliorata, vt probatur *in leg. 10. dict. tit. 2. lib. 5. recop.* vbi quæuis donatio dicitur melioratio pro modo quantitatis, ibi: *En lo que cupiere.*

N.15. Et quia meliorata dicitur, quæ accipit magis quam ei debetur, vel cui datur illud, quod ei poterat adimi *leg. 1. §. ſciendum ff. de leg. 3.* ibi: *Vel dum eis datur, vel dum eis non adimitur.* Et quod fortius eſt: nam ſi plures ſunt filij, & poſtea vnum eorum pater meliorat in partem tertij, & quinti, quæ reſidua remanet, iam hæc filia dotata caperet magis, quam cæteri filij non meliorati, ergo illorum reſpectu meliorata dicetur.

N.16. Sed his non obſtantibus cōſtanter defendimus, non reuocari



talem

talem promiſsionem dotis, vel meliorationem factam Mariæ, intuitu matrimonij (caſu quo ſupponamus illam eſſe lege Matriti prohibitam) niſi in exceſſu legitimæ eius voluntariæ, hoc eſt quæ ab inteſtato decedente Petro, illi competebat quod euidentiſsimè apparebit.

N.17. Probaturque Primo: ex eadem lege Matriti, per ſupplicationem, quam Regnum noſtro Regi fecit, ibi. *Suplicamos a V. Mag. que las dotes no puedan ſer mas de la legitima, que le vernia a la dotada, ſi entonces ſe partieſſen los bienes del dotador*, quæ tradit Baeça *de non meliorandis dotis ratione filiabus cap. 2. num. 23.* Et ſic lex nõ ſolum fuit ad fauorem maſculorum, ſed etiam in fœminarum fauorem, vt bona æqualiter diuidirentur. ibi: *Mas de la legitima, que vernia a cada vno.* Et poſtea: *ſi entonces ſe partieſſen.* Sic proſequitur moderando, & taxando iocalia, & ſimiles res; vt ponderat Baeça *num. 29.*

N.18. Et maximè cum deciſsio legis ſupplicationi correſpondeat: ibi: *A eſto vos reſpondemos, que atenta vueſtra ſuplicacion.* Et argumentum, quod infertur ex verbis ſupplicationis, & reſponſionis, quam fortiſsimum ſit, benè ponderat Baeça *cap. 2. num. 23. & 29 cap. 3. num. 3. & 15. cap. 4. num. 14. cap. 6. num. 5. cap. 9. num. 26. cap. 20. num. 5. & cap. 36. num. 5.*

N.19. Cum enim lex Matriti ſolum æqualitatem appetat, & quod dotium ratione cæteris filijs præiudicium non ſequatur. Hoc in dicta Maria concurrit, quæ cum meliorata ſit, reformata prædicto modo melioratione, non capit meliorationem in cæterorum fratrum, vel, vt melius dicam, in Ludouici præiudicium; ſed ſolum portionem ſuæ legitimæ, quæ ei, Petro patre ſuo mortuo ab inteſtato, competeret. Et ſic adquirit ſolum æqualitatem, cuius limites non in odium lex Matriti habuit, immò in beneuolentiam accepit.

N.20. Hanc enim æqualitatem ſummopere commendant leges *leg. quæſitum §. ſed & ipſe ff. de fundo inſtructo, leg. pen. ad fin. Cod. commun. diuid. leg. fin. Cod. communia vtriuſque iudicij, leg. ſi vt liberi, leg. illud § fin. Cod. de collat.* Immo & iure prætorio *leg. ſi poſt mortem §. fin. ff. de bon. poſſ. contra tabull.*

N.21. Et lex hortatur parentes ad eam ſeruandam inter filios *auth. de nupt. §. illud quoque col. 4.* Et vt ibi Angel. *in § fin.* ſcripſit, *patrem non debere vnum ex filijs filium facere, & alios priuignos leg. inter filios Cod. famil. herciſc.* & ibi Bald. annotauit *ſtatuta quæ inæqualiter inter filios diuidunt hæreditatem fore contra ius, & naturalem æquitatem, & conſequenter odioſa*, ponderat Baeça, *d. cap. 2. num. 26.*

N.22. Et fœmina æqualiter debet ſuccedere cum maſculis *leg.*

*maximum*

*maximum quintum* Cod. *de liber. præter leg. duodecim tabul.* Cod. *de legit. hæred. leg. fin.* Cod. *communia vtriuſque iudicij*. Et conuenit quod inter filios fratres ſeruetur æqualitas *leg. vt liberis* Cod. *de collat.*

N.23. Maximè cum ex inæqualitate inſtitutionis filiorum diſcordiæ maximè præberetur ocaſio Dec. *in leg. 1. Cod. vnde liberi, &* *conſ. 105.* Roman. *conſ. 179. col. 4. num. 4. & conſ. 385.* Tiraquell. *de primog. quæſt. 4. num. 4.* Et eos ſequens Dom. Præſſes Couarr. *in cap. rainutius de teſtam. cap. 16. §. 1 num* 6. Videndus elegantiſſimè Ioann. Bernard. Diaz *regul. 213. fallent. 4. in fin.*

N.24. Et ſic in terminis noſtræ legis Dom. D. Ioann. Bapt. de Larrea *diſcept. Granat. 36. num. 19.* ibi: *Quia quando dicta pragmatica Madriti prohibuit filiam dotis cauſa meliorari, non prohibit, vt alterum, vel alios filios pater meliorare poſsit, & ita omnium æqualitatem non videtur reſpicere, ſed ne filia dotis, & Matrimonij cauſa, præferatur reliquis filijs, & inferat præiuditium.*

N.25. Et poſtea: *Quia omnia priuilegia, quæ parentibus conceduntur. dũ inter liberos teſtantur, maximè reſpiciunt vt æqualitatem ſeruare poſſint Mieres 1. part. de maiorat. quæſt. 3. num 37. 44. & 48. ac per inde valde conſonat menti [illegible] aciſcentis, & dictæ legi tauri bona inter filios æqualiter diuidere.*

N.26. Clarius repetijt *num. 22.* ibi: *Nec pragmatica Madriti aliquid contra inſinuat, vt iam notauimus, quia ea reſpicit, ne dotis prætextu filia pluſquam alij filij conſequatur, vnde intendit eos in ſucceſsione æquali conſeruari.*

N.27. Probaturque ſecundo: Nam melioratio non eſt aliud quam capere plus, quam cæteri filij vt Azeuedo *in leg. 6. num. 24. tit. 2. lib 5. recop.* & Gutierr. *de iuram. confirm. 1. part. cap. 59. num. 14.* Et idem eſt, quod prælegatum arg. *leg. non amplius §. cum bonorum ff. de leg. 1. leg. quotiens Cod. famil. hercisc* Segura *in repet. leg. 3. §. fin num. 100 ff. de liber. & poſth.* Dom. D. Ioann. de Larrea, *d. diſcept. 36. num. 10.* Dom. D. Ioann. Chumacero, *ſelect. diſput. iur. cap. 5 num. 7.* Roderic. Suarez, *in leg. 9 tit. 5. de legib. lib. 3. fori quæſt. 7.* Matienço, *in leg. 5. gl. 4. num. 2. tit 6. lib. 5. recop.* Dom. Couarr. *lib. 2 var. cap. 2. num. 2. verſ. ego vero.* Parlador. *lib. 1 rer. quotid. cap. 7 in pr.*

N.28. Ergo capiens partem iure debitam non dicitur melioratus vt Azeuedo, *num. 6.* Baeça *de non meliorandis, &c. cap. 22. num. 9* ibi: *Soror enim tantum debitam portionem accipiens aliorum portiones non labefactat: filia enim potius dicitur in hoc caſu damnum effugere, quam meliorationem capere.*

N.29. Et, quanuis tractando de pacto non meliorandi, non abs re

fit

ſit Dom. Larrea d. dicept. 36. n. 7. ibi *Quaſi tunc non tam meliorationem habeat filia, aut commodum conſequatur ex pacto negatiuo, quam damnum effugiat, ne portio ſua diminuatur, quod non ſolum non obſtat, ſed conſonum eſt valde dictæ nouæ pragmaticæ Madriti.*

N. 30. Sed viam omni dubitationi præcludam ſi Angulum ponderem *in leg. 6. gl. 1. num. 14.* cuius verba repetit Dom. Larrea, loco relato *num. 18.* quæ & hæc, & illa ſunt. *Nec iuxta Angulum num. 14. dicetur filiam capere vltra legitimam, nam eam dupliciter conſiderat, aut patre inuito, vel eo vollente; legitima patre inuito eſt, quæ extracto tertio, & quinto ex reliquis bonis tangit æqualiter cuique filiorum; cum pater poſsit tertium, & quintum vni adimere, & alij dare: legitima patre volente eſt pars æqualis cum alijs ex omnibus bonis. Nam cum pater non compellatur diſponere de tertio, & quinto; nullo meliorato, vel patre inteſtato defuncto omnia bona ſunt legitima filiorum, & eis ex lege æqualiter deferuntur leg. ſcripto ff. vnde liberi leg. nam & ſi parentibus ff. de in off. teſtam. leg. cum ratio de bon. damnat. leg. inter filios Cod. famil. herciſc. Nec aliqua lege diſponitur, filiam debere eo caſu minus recipere auth. in ſucceſsione, ibi:* Non diſtinguendo ſexum *Cod. de ſuis & legit. leg. maximum vitium Cod. de liber. præter. Vt ſic filia quæ capit intra legitimam voluntariam non poſsit cenſeri prohibita, cum non poſsit dici meliorata.*

N. 31. Pondero ad hoc elegantem deciſsionem Tex. *in leg. miles ad ſororem 75. §. vnic. ff. de leg. 2.* Inſtituit quidam hæredem Titium, & alios; & titio ſubſtitutos nominauit, eique prælegatũ reliquit, mortuo eo, hæreditas non addita tranſit ad ſubſtitutos, prælegatum vero titij hæredibus, in partibus, quæ cohæredi tangebant, ſed non in parte quę illi pertinebat in ſatisfactione prælegati vt vni hæredum. *Nam pars hæreditaria, quã prælegatarius caperet iure ſuo, non dicitur prælegatum* verba ſunt Anguli *vbi ſupr. num. 12.* & Dom. Larrea, *num. 17.*

N. 32. Sunt ergo verba Papiniani: *Pro parte hæres inſtitutus, cui præceptiones erant relictæ poſt diem legatorum cedentem ante additam hæreditatem vita deceſsit: partem hæreditatis ad cohæredes ſubſtitutos pertinere placuit, præceptionum autem portiones, quæ pro parte cohæredũ conſtiterunt, ad hæredes eius tranſmitti.* Ergo tertium, & quintum, quod, vt diximus, eſt prælegatum, non poteſt vocari melioratio in ea parte, quæ ipſius filiæ melioratæ legimam tangit?

N. 33. Pondero etiam textum *in leg. qui filiabus 17. §. fin. ff. de leg. 1.* ibi *Si vni ex hæredibus fuerit legatum hoc deberi ei officio iudicis familiæ herciſcundæ manifeſtum eſt* (hoc enim iuditium eſt inter cohæredes *vt leg. 1. ff. famil. herciſc.* cum vulgatis) *ſed & ſi abſtinuerit,* proſequitur Vlp. *ſe hæreditate, conſequi eum hoc legatum conſtat.*

Non

N.34. Non denominatur, igitur legatum, vt hæreditas adquiratur, quando coniunctim cum illa petitur, ſed ceſſante titulo hæreditatis, tum legatum nuncupetur. Ex quibus infero, quod quamuis tertium, & quintum ſit melioratio, hoc eſt in ea parte, in qua legitimam excedit. Quando verò inſpicitur pars, quæ legitimæ filiæ voluntariæ metam non tranſcendit, nec prælegatum, nec melioratio vocetur, ſed ſolum legitima, & ſic valeat pactum.

N.35. Pondero non minus celebrem textum *in leg. ſi vir 31. §. quod legaturus, ff, de donat. inter.* Vbi cum Titius Seio facere donationem vellet, Seius petit vt Séproniæ. v. g. vxori ſuæ faceret, & ait Pomponius. *Et non videtur ea eſſe donatio.* Et propter rationem, quæ ſequitur, & quæ noſtram fouet ponderationem *Quia nihil de bonis eius diminuitur.* Cui nec repugnant verba *donationem valere*, quia abuſiue dicitur donatio, vt ponderat Dom. Larrea *d. diſcept. 36. num. 22.*

N.36. Ponderoque ad hoc primo: verba Dom. Larrea *num. 23*, ad præſens adaptanda, ibi: *Et quod pactio dotalis continet affirmatiuam de meliorandafilia, ſi fieret melioratio; & ſi vere non valeat, non debet infirmare, quod ſubſiſtit, de filijs non meliorandis, quia vtile per inutile non vitiatur, &c.*

N.37. Probatur & tertio: nã ſi lex loquitur de meliorationibus in caſu noſtræ quæſtionis, hæc nõ eſt melioratio, Nã melioratio nihil aliud eſt, quã donatio *leg. donari ff. de regul. iur.* Lupus *in cap per veſtras §. 22. n. 13. de donat. inter* & ex eis Baeça, *de non meliorandis filiabus cap. 34. n.* 8. Et melioratus non dicitur, niſi ille, qui plus quam cæteri filij capit, & vtra legitimam ſuam idem Baeça, *cap. 9. num.* 5 ibi: *Et qui plus legitima accipit dicitur melioratus.*

N.38. Et non datur melioratio, niſi detur diminutio legitimæ aliorum fratum vt idem Baeça ibid. *& cap. 10. num. fin. cap. 12. num. 43. cap. 13. num. 2. & 22. cap. 23. num.* 8. ibi: *Legitima enim filijs neceſſario debetur, neque melioratus dici poteſt, qui portionem de iure debitam, conſequitur. Non enim vlla eſt tunc munificientia patris, ſed neceſſitas legis.*

N.39. Azeuedo, *in leg. 1. num. 6. tit. 2. lib. 5. recop.* ibi: *Hic deficit melioratio in filia hac, quia non vtique vltra legitimam capit.* Et poſtea: *Quid eſt enim melioratio, niſi capere plus, quam aduerſarius, & competitor capit; iſta autem non capit plus, quia æqualis eſt cum fratribus, & fratres cum ea, igitur non eſt meliorata? capiens enim portionem de iure debitam melioratus non dicitur.*

N.40. Probatur & quarto: Nam in omnibus caſibus ſimilibus non reuocatur diſpoſitio, nec promiſſio, niſi in quantum excedit legitimam. Multa exẽpla poſset adducere: Audias, obſecro Baeçam

*cap.33. per totum*, & præcipuè *num.* 14. *& fin.* ibi: *Notandum tamen, quod etiam ſi conſtitutio dotis, ex qua oritur melioratio, ſit ipſo iure nulla, tamen non reuocatur in ſolidum, ſed tantum pro parte excedente reuocatur. Ita in conſtitutione arrarum excedentium decimam notat* Rodei *leg.* 1. *tit. de las arras* §. *nota vlterius. Et in materia dotis probatur in leg. ſiue generalis ff. de iur. dot ſcribit* Molina *in tract. de donat. fact. in contractu matrim. num.* 58. *Et in patre legante ſupra tertiam, & quintam probatur in leg.* 7. *tit.* 12. *lib.* 3. *fori ad fin. Et dos immodica dat a ſpuria & rata manet reſecato exceſſu Capitius dec.* 181 *Bart. leg. fin.* §. *ſi à ſocero ff. quæ in fraud. credit. Ripa leg.* 1. *num.* 68. *ff. ſolut. matr. Cifuentes in leg.* 28. *verſ. ſecundo dubit. Sic in caſu legis hac edictali Cod. de ſecund. nupt. vbi vxor prohibetur dare ſecundo marito vltra id, quod reliquit filio primi matrimonij minus habenti, & ſi plus det, ſolum reuocatur quod plus dat. Ita Angel. in auth. de non eligendo ſecundo nuben in pr. col. pen. vel fin. gl. in leg. hac edictali* §. *quam obſeruationem. Idem notat Butrigarius in d. leg. hac edictali, & ibi Bertrandus in repet.* §. *ſi vero plus num.* 2. *vbi dicit hanc eſſe veram, & communem opinionem. Facit regula generalis quod vtile per inutile non vitiatur leg. ſancimus Cod. de donat. leg. pecuniæ ff. de vſur. Et nominatim in dote exceſſiua ſcribit Curtius Iun. conſ.* 35. *num.* 5. *verſ. ſecunda principalis dubitatio Nouell. de dote* 6. *part. priuileg.* 41 *Salicet. leg.* 1. *Cod. ſi aduerſus dotem. Lupus cap. per veſtras* §. 24. *col.* 2. *de donat. leg. hac edictali in fin principij Cod. de ſecund. nupt. Et probatur in hac lege ibi: Lo que mas diere. Bertrandus in leg. hac edictali num.* 66. *Cod. de ſecund. nupt.* Quibus adde Palac. Rub. *dict. cap. per veſtras* §. 24. *num.* 3. *Et ibi addit. litera E. notab.* 3. Azeuedo *in leg.* 1. *num.* 26. *tit.* 2. *lib.* 5. *recop.*

N. 41. Probatur & quinto: Nam promittere dotem, & dare idem eſt *leg. ſi extraneus* 33. *leg. ſi ſponſa* 74. *ff. de iur. dot. leg. theopompus* 14. *ff. de dot. præleg. leg. qui ſe debere.* 7. *in pr. leg. ſi donaturus* 9. §. 1. *ff. de condict. cauſa data leg. ſi marito* 31. §. 1. *ff. ſolut. matr. leg. mulier* 20. *ff. de condit. inſtit.*

N. 42. *Leg. fin. Cod. de dot. promiſſ.* ibi: *Dederit, aut promiſſerit leg. cum poſt mortem* 43. §. *vnic. verſ ſed is ff. de admin. tut.* ibi: *Dotem promiſſit, habet mulierem obligatam, & poterit dici etiam manente matrimonio eam teneri, quia habet dotem* Et poſtea: *Siue exacta ſit dos, ſiue maneat nomen leg. Iullia* 4. *ff. de fundo dotali:* nan cum prohibeat lex Iullia vt maritus fundum dotalem alienet: ibi: *Lex Iullia, quæ de dotali prædio proſpexit, ne id marito liceat obligare, aut alienare, plenius interpretanda eſt, vt etiam de ſpōſo idem iuris ſit, quod de marito.*

N. 43. *Leg. ſi pater* 2. *Cod. de collat.* ibi: *Si pater inteſtatus deceſſerit relictis duobus filijs, & filia, cuius nomine dotem promiſſerat: portiones*

hæredi

hæreditatis æquè ſunt, & dos nihilominus ita conferenda eſt, vt propor tionibus fratres eius à neceſſitate præſtandæ eius dotis liberentur.

N.44. Docent gloſ. magna, & gl. liberentur, in d. l. ſi pater, Bald. in l. fin. num. 2. & Alex. verbo dederit, aut promiſſerit. Cod. de dot. promiſſ. idem Alex. in leg. ex morte verſ. ſimilique modo, Cod. de pactis conuẽ. & conſ. 63. n. 26. vol. 4 Matth. de Afflict. dec. Neapol. 61. n. 2. quos ſequitur Beaça de non meliorandis filiabus cap. 2. num. 38.

N.45. Et ex promiſsione dotis mulier dicitur dotata, ac ſi res tradita fuiſſet, d. leg. fin. Cod. de dotis promiſſ. d. l. cum poſt mortem 43. & vltra prædicta docent Bart. in leg. cum plures §. vlt. ff. de admin. tut. Paul, & Alex. in leg. cum plures, §. 1. ff. de conditione ob cauſam, & in leg. ſi marito, §. 1. ff. ſoluto matr. Aret. in leg. rei iudicatæ, §. ſocero, ff. eodem, Bald. in leg. ſi pater, Cod. de ſponſ. Salicet. in leg. ſi conſtante Cod. de donat. ante nupt. & conſ. 224. vir fuit confeſſus col. 2. verſ. quarto hoc probatur lib. 5. Raphael Fulgoſ. con 40. Dominicus col. 3. verſ. in aduerſum facit. Calc. conſ. 30. Antonius col. 4. verſ. nec obſtat quod dos, Dom. Larrea d. diſcept. Granat. 36. num. 2. Baeça, d. cap. 2. num. 38. Tiraquell. de retract. conuent. ad fin. num. 32. cum ſeq. Vnde Decius conſ. 35. num. 6. Et ex eo Baeça ſcribit: Patrem promittendo filiæ dotem videri eam dare.

N.46. Nam & dos promiſſa tantum, dos ita de probatur in rubr. Cod. de dot. promiſſ. & in leg. ſi pro dote, & in leg. ad exactionem eod. tit. & in rubr. Cod. de dot. cau. non numer. & in leg. ſi ſocer §. lucius ff. ſolut. matr. vbi Paul. Caſtr. notat. eaque data cenſetur auth. dos data Cod. de donat. ante nupt. quam in hoc expendit Bald. conſ. 230. actioni de dote lib. 4. Nec ſecus ea confertur ac ſi tradita fuerit leg. 1. §. 1. ff. de collat. dot. & leg. 2. Cod. de collat. vt ſunt verba Tiraquelli loco relato, & quod conferatur docent Salic. Alex. & Bald. ad leg. Labeo §. fin. ff. de arbitr. vt ex eis & Franchiſ. Sebaſt. Neuius Syſtemm. iur. ad d. leg. ſi pater 2. Cod. de collat.

N.47. Imo & quod illa cui dos aſsignatur ſtatim dicatur habere dotem etiam ante nuptias leg. lex Iullia d. fundo dotali: Baeça de non meliorandis dotis ratione filiabus cap. 12. num. 30. Et ſic propter hãc rationem non ſolum dotem primo marito tradditam, ſed & promiſſam tenetur pater dare filiæ ſecundo nubenti, arg. §. quia vero in auth. de æqualitate dot. ibi: Obtullerit. Docent Cin. & Salicet. in auth. ſed quãuis Cod. de rei vxor. act. Iaſſ. in leg. filia legatorum Cod. de leg. Dec. conſ. 35. col. 2. & 3. num. 4. verſ. mihi videtur:

N.48. Et idem ius ſtatuitur in dote data, quam in promiſſa tantum, & non tradita dict. leg. vlt. Cod. de dot. promiſſ. leg. ex morte Cod. de pact. conuent. leg. vt liberis. Cod. de collat. leg. filiæ dotem. ibi: Dotem à patre datam, vel conſtitutam eod. tit. leg. vlt. ibi: Dos, quæ data dicitur

v-

vel promiſſa, Cod. ſolut. matr. leg. ſi quis inceſti, ibi. Dos ſiqua forte ſolemniter, aut data, aut promiſſa fuerit, Cod. de inceſt. nupt. leg. vlt. Cod. de interdict. matr.

N. 49. Et Tiraquell vbi ſup. copioſiſsime videndus ex infinitis, vbi num. 33. quod ſtatutum, vel pactum differens lucrum dotis marito habet locum in huiuſmodi dote promiſſa tantum. Et num. 34. & 35. quod etiamſi conſtitutio ex præſse loquatur de dote data, aut de dante dotem, ea habet locum in dote promiſſa, aut in promittente dotem tantum.

N. 50. Quibus ſic præſuppoſitis ſic facio, meo videri, euidens argumentum. Promittere dotem, & dare idem eſt; & ex promiſsione dotis mulier dicitur dotata, ac ſi res traddita fuiſſet; & dos promiſſa tantum, dos eſt, eaque data cenſetur, nec ſecus conſetur, ac ſi traddita fuerit, & idem ius ſtatuitur in dote data, ac in promiſſa; ſed ſi eſt, quod meliorationes nec tertiũ, & quintum nõ deſumuntur, ex dotibus datis, vt indubitatum eſt leg. 9. tit. 2. lib. 5. Recop. Et notat Angul in leg. 6. gl. 1. num 17. & cæteri ſcribentes. Ergo ſi Petrus haberet tempore promiſſæ dotis ſexaginta. Et dictæ Mariæ daret triginta. Cum ſolum alium filium Ludouicum haberet, meliorationem ad eius fauorem inſtituere non poſſet in præiudicium dotis datæ? Ergo & eodem modo. & in promiſſæ præiudicium? Ergo quamuis meliorationem factam ad fauorem Mariæ ſupponamus non valere. Debemus reducere ad totum illud, quod pater facere poterat, hoc eſt, eam dotantem in tota legitima ſua, hoc eſt, in legitima, quæ ab inteſtato ei competebat? Ergo dictus Petrus poſtea non poterit facere meliorationem ad fauorem Ludouici? Cũ iam faceret in præiudicium dotis datæ, Et contra expræſſum textum, in d. leg. 6.

N. 51. Probatur & Sexto. Nam licet donatio facta alicui reuocetur ſi poſtea donans liberos ſuſcipiat leg. ſi vnquam. Cod. de reuoc. don. leg 8. tit. 4. partit. 5. Quæ reuocatio fit in totum vt ibi communiter DD. & Socin. conſ. 93. teſtamentum præmiſſum cap. 5. vol. 4. Hoc ceſſat quando donatio ſit facta filio, nam tunc non reuocatur in totum, ſed vſque ad legitimam, vel vſque lædat legitimam filiorum ſuper naſcentium Bart. in d. leg. ſi vnquam §. imperator, verſ. quare lex. Bald. in leg. 1. col. 3. Cod. de reuoc. don. Segura in leg. 1. §. ſi ver. ff. de adq. poſſ. col. 26. Feliñ. in cap, in præſentia col. 21. de probat. Abb. in cap. fin. col. 2. de donat. Socin. cõſ. 53. col. 2 vol. 4 Ioann. Bernard. Diaz regul. 213. fallentia 4. in pr. Montaluo ad d. leg. 8. partitor in regula.

N. 52. Ergo eodem modo exorbitantia dotis Mariæ dictæ meliorate à Petro patre ſuo in quantum ſit melioratio, hoc eſt, quod lædat

fratrum

fratrum cæterorum legitimas nō valebit, ſortietur vero effectum in quantum comprehendat legitimam ipſius filiæ, hoc eſt, quæ abinteſtato ei competeret? Imo hæc omnia expræſſe comprobantur ex lege Matriti, quæ nec pænā, nec annullationem adſcribit in tali dote data, ſed in exceſſu, ibi: *So pena de que todo lo que demas diere, ò prometiere, &c.*

N.54. Et in terminis donationis cauſa dotis, quod ex ſuperuenientia filiorum ſolum reuocetur quoad exceſſum legitimæ Imol. *in cap. fin. verſ. tertio caſu de donat.* Socin. *conſ. 147. lib. 2.* Iaſſ. *conſ. 171. col. 4. lib. 4.* ex quibus Baeça *cap. 9. num. 64.*

N.55. Probatur & ſeptimo: Ex eademmet lege Matriti, quæ ſolum appetit quod filia totam ſuam legitimam quę abinteſtato competebat, adquirat, quod vltra ponderata ex ſuplicatione Regni, vt diximus ſupr. hac quæſtione *à num. 17.* nam cum in Curia Regni Matriti anno 1573. cap. 37. (quod in ſecunda recognitione noſtrę recopilationis in ſubſcriptione marginali appoſitum fuit, & tradit Azeuedo *in leg. 1. num. 3. tit. 2. lib. 5. recop.*) Suplicatio ſit. *Otro ſi decimos que aunque por leyes de eſtos Reynos eſta taſada, y limitada la cantidad de las dotes que ſe han de dar, ni prometer, ni ſe ha guardado, ni puede guardar, &c.* Cui ſuplicationi Rex reſpondet *Los del nueſtro Conſejo vean la ley que ſe hizo en las Cortes de Madrid, el año paſado de treinta y quatro, para que las mugeres no puedan lleuar en dote mas de lo que les cupiere de ſus legitimas.* Ergo ab ore ipſius legiſlatoris habemus claram, & expræſſam deciſionem, quod dicta lex Matriti prohibeat meliorationes, in quantum filia alijs fratribus in ſuis legitimis præiudicet, non in quantum totam ſuam legitimam, quæ abinteſtato competebat capiat? Ergo talis promiſsio dotis Mariæ reuocabitur in quantum talem legitimam excedat, & non amplius?

N.56. Probatur & octauo: Ex eademmet lege Matriti, nam per eam, portionem quam pater dotando filiam ei tribuit vltra taxam in illa lege præfinitam, amittit, ibi: *So pena que todo lo demas de lo aqui contenido que diere, o prometiere, lo aya perdido, y pierda.* Et ita amittit, vt vltra illius portionis exceſſus inter filios ſuos diſponere nō poſsit, nam eodem facto ad filios tranſit ius, vt æqualiter inter ſe diuidant tempore mortis patris quantitatem illam taxam legis ſuperabundantem.

N.57. Ergo ſi prohibitam damus talem meliorationem ad fauorem filiæ Mariæ. Hoc eſt in exceſſu, quanuis daremus in exceſſu ſuæ legitimæ neceſſarię, hoc eſt deducto tertio, & quinto, ex alio capite Petrus non potuit facere meliorationem ad fauorem filij ſui Ludouici, nam abdicatum ab eo erat dominium eius portionis, & adqui

& adquiſitum filijs vt de ea portione Petrus nullatenus diſpo-nere potuiſſet?

N.58. Probaturque hoc ex prædictis legis verbis, quæ correſpon-dent, & intelligenda ſunt ſecundum verba ſuplicationis, ibi: *Si mas diere en publico, o en ſecreto por el meſmo hecho paſe el derecho de la demaſia a los herederos*. Nam reſponſio debet eſſe conformis inter rogationi *leg. titia §. idem reſpondit ff. de V. O. §. præterea inſt. de inutil. ſtipul.* Et præfatio indicat legis mentem *leg. fin. ff. de hæred. inſt.* Et verbum *herederos* in hoc caſu intelligitur de filijs Bart. & Alex. *in leg. gallus §. quidam recte col. 1.* vbi Iaſſ. *num. 31. ff. de liber. & poſt. h.* Bart. & cæteri *in leg. ex facto §. fin. ff. ad Trebell.*

N.59. Probatur: Nam lex Matriti promulgata fuit in fauorem filio-rum, ne eorum legitima minueretur. Cum ergo pater amitteret totaliter dominium, & quod amittebat non cederet in fauorem filiorum; iam deficiebat ratio, vel cauſa finalis legis, cum potius minueretur legitima, & quod fortius eſt, nec cæteri filij, nec filia meliorata adquirerent illam portionem exceſſus, vel meliorationis, ſed vnus extraneus. Cum quibus manifeſtum remanet illa verba, *Lo aya perdido, y pierda*: ad filios referri. Quod etiam con-uincitur expræſſe *per text. in leg. 29. tauri.*

N.60. Sic *leg. 1. tit. de las arras lib. 3 fori legum*. Si quis dat arras vltra ſummam in lege præfinitam pars excedens repetitur à conſan-guineis proximioribus, vt ibi: & notat Ioann. Lup. *in rubr. de do-nat. inter §. 24. & circa num. 1.* Et ſic in caſu *legis hac edictali Cod. de ſecund. nupt.* cum definiatur dos, quam vxor poteſt dare ſecun-do viro pars excedens filijs applicatur notat Corneus *conſ. 33. & conſ. 118. col. 1. lib. 1.*

N.61. Idem probatur; Nam pæna priuationis, aut amiſsionis hono-rum à lege impoſita, impoſita videtur fauore eorum, quorum cō templatione fuit lex promulgata *arg. leg. poſt. legatum §. amittere ff. de his quib. vt indignis*, & Bart. qui ex hoc infert illis applicāda eſſe bona *in leg. vxorem §. hæres ff. de leg. 3.*

N.62. Et quando quis remouetur à lucro contemplatione alicuius, illud lucrum ei debet applicari, ad cuius fauorem diſpoſitio atten dit *leg. 2. §. fin.* & ibi Bart. *ff. de collat. bon. leg. ſi legatarius Cod. de le gat.* ſcribit Iaſſ. *in leg. ſeruo § ſi teſtator num. 4. ff. de leg. 1.* Ergo cum diſpoſitio legis Matriti ſit in cæterorum filiorum fauorem, ne eo rum legitima minueretur, pæna illa amiſsionis. *Lo aya por perdi-do, y pierda*, quod eſt exceſſus dotis, cedere debet in cæterorum fi-liorum fauorem?

N.63. Probatur & magis: Nam & pæna à lege impoſita non eſt ap-plicanda filio, niſi pena amiſsionis ſit impoſita ratione criminis,

gl.

gl. cōmuniter recepta *in leg ſi pater, Cod. de hæred. inſt* vbi latè Iaſſ. Gloſſ. & DD. *in leg. hæreditas, Cod. de his, quib. vt indign.* Alex. & Iaſſ. *in leg ſi is, qui ex bonis ff. de vulg. & in leg. ſi quis mihi bona §. ſeruus municipum ff de adq. hæred.*

N.64. Et quia pæna à lege impoſita, quando non eſt impoſita propter publicam vtilitatem applicanda eſt parti, cuius fauore lex pænam decreuit Angel. & Alex. *in leg ſi quis id quod num. 20. ff. de iuriſd. omn. iud.* Bald *in leg. vna num. 43. verſ ſexto quæritur Cod. de his quæ pænæ nomine & in auth. cui relictū Cod. de Edict. Diui Adr. toll. & in leg. ſi Eccleſia venerabilis Cod. de Epiſc. & Cleric.* Ergo, &c. Sic in terminis, his, & alijs fundamentis, hanc propoſitionem, & fundamentum latè defendit Baeça *de non meliorandis dot. rat. filiab. cap. 36. per totum & præcipuè a num. 1. ad 23.*

N.65. Vnde Baeça *d. cap. 36. num. 1.* ibi: *Credo bona ceſſeri amiſſa quoad hoc, vt pater non poſsit illa in dotem dare in præiuditium filiorum, ſed quod tempore mortis eius ſunt inter filios æqualiter diuidenda. Et quod pater non amittat quod ſupra taxam in dotem dat. probatur ex libello oblato Principi,* ibi: *El derecho de la maſia paſe à los herederos. Nota illa verba, el derecho. In filios enim tranſit ius ad reuocandam immodicam dotem, non vero dominium, aliud enim eſt habere ius ad rem, aliud dominium rei leg. minus ff. de regul. iur. leg. actionem,* & ibi D D. *ff. eod. tit.*

N.66 *Rurſus nota illa verba, a los herederos, cum enim viuentis non detur hæreditas vt leg. 1. ff. de hæred. vel act. vend. Sequitur quod cum filij ſolum habeant ad immodicam dotem ius dilatum in tempus, quo ſunt patri hæredes, quod pater non amittit ſtatim dominium nimiæ dotis. Rurſus cum dominium non poſsit ſtare in pendenti, ſequitur quod cum filij illud non acquirant, pater retinet.* Idem quod Baeça docent Tello Fernandez *in leg. 26. tauri in fine.* & Matienço, *in leg. 1. gl. 4. num. 1. tit. 2. lib. 5. recop.*

N.67. Et poſtea idem Baeça *n. 2. Quoniam portio dotis immodica inter filios diuidenda eſt, vt ſtatim dicam, & filia ipſa dotata partem facit, ſicut cæteri hæredes filij.* Et idem *num 5.* ibi: *Nunc videamus, cui ſit aplicanda nimia portio, quæ amiſſa dicitur, & certe quid quid ſupra taxam datur pertinet ad filios, & mortuo patre illud inter ſe diuident.*

N.68. Et idem Baeça *num. 11.* ibi: *Meminiſſe tamen oportet, quod filia ipſa dotata, à qua auocatur, quod nimium eſt partem faciet cæteris fratribus, cum mortuo patre bona eius venerint in diuiſsionem. Ita probatur in verbis petitionis,* ibi: *El derecho de la demaſia, paſſe à los herederos. Filia autē hæres eſt: Facit quod notat* Bart *in leg. ab omnibus in pr. ff. de leg. 1. Rurſus cum hæc lex æqualitatem inter filios ſeruare velit, iniquum eſt, vt filia, quæ fortaſsis integram legitimam non accepit*

in dotem

*in dotem, eius partem amittat, quod maiorem partem acceperit, quam lex præſcribit, quod aduerſus iuris diſpoſitionem eſſe videtur. Vt in leg quoniam in prioribus Cod. de inoff. teſtam. Eſſet profecto ſumma iniquitas minuere legitimam filiæ donatæ ex eo, quod maiorem dotem acceperit, quam hic præfinitur, præſertim cum ipſi nulla culpa imputari poſſit ex facto patris ſibi immodicam dotem præſtantis.*

N.69. Probatur & nono noſtræ quæſtionis reſolutio: ab authoritate Andr. de Angulo. Domini Larrea, & Gaſpar. Baeçæ. primus qui hanc quæſtionem tetigit fuit Angulo tract. de meliorat. *in leg. 6 gl. 1. num. 3. & num. 10.* ibi: *Verius eſt filiam cauſa dotis non ſolum eſſe capacem legitimæ neceſſariæ, ſed etiam partis tertij, & quinti, quæ ſibi tanquam vni filiorum contingat, vt quamuis pater nollens non poſſit cogi dotare vltra legitimam ſecundum Fulgoſ. & Iaſſ. num. 28. & Meneſ. num. 21. in auth. reſ. quæ Cod. commun de leg.*

N.70. Et poſtea *num. 12.* ibi: *Pater tamen volens non prohibetur dare filiæ in dotem legitimam neceſſariam, & partem tertij, & quinti quæ ſibi tanquam vni filiorum contingat, ſi tunc bona æqualiter diuiderentur. Etenim prohibitio illius legis eo ſolum tendit, vt filia dotis ratione non melioretur, nec in bonis patris fratribus præferatur. Nec enim lex illa extenditur ad hoc vt filia ſola legitima pro dote contenta non poſſit amplius capere vt fatetur Baeça vbi ſupr. cap. 2. num. 31. Nec pater compellitur alium filium meliorare. Remanet ei facultas meliorã di libera prout aliàs leg. 9. tit. 5. lib. 3. fori & leg. 2. ſupr. vt poſſit, ſit vellit tali facultati renuntiare, & filiæ æqualem partem facere, quæ eo caſu nõ poteſt dici meliorata cum nihil reportet, in quo cæteros excedat.*

N.71. Dom. Larrea *d. dec. 36. num. 7.* ſequens Angulum, ibi: *Etiam ſi ea pragmatica prohibeatur filiam dotis ratione cenſe jui tertium, & quintum eis verbis. Y mandamos que ninguno pueda dar, ni prometer por via de dote, ni caſamiento de hija tertio, ni quinto de ſus bienes, ad huc tamen partem tertij, & quinti, quæ filiæ competere poſſet, ſi inter omnes filios æqualiter bona diuideret pater, poterit promittere ratione dotis abſque nouæ legis læſione, vt eam interpretando traddit Angulo vbi proximè num. 10. verſ. ſed his non obſtantibus;* eademque repetijt idem met author. *num. 17. & ſeqq.*

N.72. Gaſpar. Baeça nullo illorum relato, nec eum referente *cap. 3. num. 4.* ibi. *Certum autem eſt, quod ſi plus accipit, quam legitimam, eſt meliorata, & quod ſi eo tempore diuiderentur bona dotantis, æqualem cum cæteris portionem acciperet.*

N.73. Quibus iam ita præhabitis non obſtant in contrarium adducta. Et ſic non ptimum quod generalis prohibitio totius includat ſuam partem. Nam hoc intelligitur quando concurrit eadẽ ratio in parte, quæ in toto & nõ alias vt ex *leg. ſed ſi lege §. conſuluit*

*& 6.*

*& §.* *adeo iuncta gl. fin. ff. de pet. hæred. leg ex mille iuncta gl. verbo pro parte ff. de euict.* Euerard. *in loco de toto ad partem* Tiraquell. *de vtroque retract. tit. 1. §. 1. gl. 7. num. 45.* Et ex eis ponderat Angulo vbi ſupr. *num.* 13. Vnde cum in hoc caſu diferens ratio concurrat, vt diximus in tota hac queſtione, prohibitio meliorationis tertij, & quinti non comprahendit partem tertij, & quinti filiæ melioratæ, vt etiam eodem modo diſoluit Dom. Larrea loco relato *n* 17.

N. 74. Non obſtat ſecundum per illa verba *tertio, ni quinto*; nam intelliguntur per ſequentia, *ni ſe entienda ſer mejorada tacita, ni expreſſamente.* Et vt affirmat Angulo, *num.* 12. & repetijt eadem verba Dom. Larrea, *num.* 17. *vt ſcilicet prohibeatur capere partes tertij, & quinti, quæ tangunt alios, non vero ſuam, in qua non poteſt dici meliorata* & comprobat etiam Dom. Larrea *nu.* 22. & ad hoc, & quod hæc non dicatur melioratio ampliſsime ſatisfactum eſt ſupra a *num.* 27. *& pluribus ſeqq.*

N. 75. Neque obſtat *leg. 1. §. ſciendum ff. de leg. 3.* nam ſatisfit ex omnibus, quæ longa manu congeſsit Larrea *d. dec. 36. per totam*, & quæ traddunt DD. ſuper validationem pacti de non meliorando, & ſolum ſufficiant verba Larreç *num.* 22. circa illa verba *vel dum eis datur, vel dum eis non admitur*, ibi: *Denotari videtur quantum differat aliquid dari, vel non adimi, cum vt caſus diuerſi exprimantur, in eo vero conueniunt, vt ſicut fidei commiſſo grauari poſsit is, cui aliquid datur, ita ille, cui relinquitur, quod abeo adimi poterat. Rationem notauit Donellus lib. 8. comm. cap. 8. iunctis quæ ex Duareno, & Fabro traddit Oſſuald. in notis litera B.*

N. 76. Non obſtat *lex. 10. tit. 2. lib. 5. recop.* Nam dici melioratum in illa lege filium in parte, quæ ei donatur, eſt ſolum quoad effectum, quod alius filius, qui prçcipuam meliorationem ex voluntate poſteriori patris capiat, non poſsit eſſe niſi in reſiduo illius rei donatæ ad computationẽ; ergo eſt ſolum ad computationem tertij, & quinti, vt Angulo *num.* 15. loco relato.

N. 77. Qui proſequitur *Non obſtat, quod capiat plus, quam ipſi debeatur, vel capiat illud, quod poterat ſibi adimi, quoniã quamuis illud poſſit pro donatione cõſiderari, nõ tamẽ pro melioratione, prout eſt in prælegato pars, quæ capitur iure hæreditario d. leg. miles §. pro parte de leg. 2.*

N. 78. Minus etiam obſtat vltimum argumentum nam cum eodem Angulo ibidem *num.* 16. ſatisfaciemus. ibi: *Non obſtat quod alio filio poſtea meliorato filia remanet prælata alijs fratribus non melioratis, quoniam quod illis deeſt non fuit ablatum, per filiam, ſed per filium melioratum.* Et ego adderem; quod neque cæteris fratribus adimitur, cum eãdem portionem, quam alias haberent, habeant, nam ſolum additur filio meliorato, qui hanc partem minus

meliorationis adquirit.

N.79. Et cum ex marte proprio hæc conſideraſſem. Elegantiſsime poſtea ad propoſitum vidi Baeçam, *de non meliorandis filiabus cap. 23. num. 9.* ibi: *His congruit iam ſæpius repetita ratio legis, quæ non ex alio magis eſt prodita, quam ne legitima aliorum melioratione ratione dotis exhauriatur. In ſpecie autem propoſita legitima aliorum filiorum non minuitur dote ſororis, ſed melioratione fratris. Soror enim tantum debitam portionem accipit, aliorum portiones non labefactat.*

N.80. Vnde noſtra remanet ſine diſputatione quæſtio per tot fundamenta, & per tot rationes euidens. Quod melioratio facta ad fauorem filiæ ratione matrimonij non annulletur in totum, nec in partem legitimæ neceſſariæ, hoc eſt deducto tertio, & quinto. Sed vſque ad partem legitimæ voluntariæ, quæ eſt, quæ tali Mariæ, competebat ſi Petrus pater ſuus ab inteſtato decederet, quæ dimidiã bonorum eius compræhendit cum duos filios ſolum haberet. Cui ſic conſiderato, non reſiſtit Author aliquis, quo ad viderim. Nam qui affirmant non valere meliorationem, intelligendi ſunt in terminis legis Matriti, hoc eſt in ea parte, in qua ſit melioratio, & legitimas aliorum fratrum lædat.

# SECVNDA QVAESTIO.

AN etiam ſtante dicta lege Matriti talis melioratio valeat, cum originem à teſtamento ſumpſerit, licet perfectionem, & irreuocabilitatem à pactis matrimonialibus? Et reſoluitur affirmatiuè.

*SVMMARIVM.*

*Caſus omiſſus remanet in iuris communis diſpoſitione. num. 4.*

*Quæ non mutantur ſtare non prohibentur. num. 5.*

*Lex correctoria iuris communis vltra caſus expreſſos non extenditur. num. 6.*

*Vt non valeat melioratio fauore filiæ duo copulatiue requiruntur, & quod fiat cauſa dotis, & inter viuos. num. 7.*

*Ponderatur Gutierr. nu. 8. & ſeq.*

*Melioratio filiæ in teſtamento valet. num. 9.*

*Origini, & initio primæuo actus ſtandum. num. 10. & ſeq.*

*Facta multa tenent, quæ à principio fieri prohibentur. num. 12.*

*Ab initio factum legitimè, ex caſu ſuperuenienti non debet irritari. num. 13. & ſeq.*

*Quando actus, ſeu diſpoſitio noua fit mutando accidentalia, & nõ ſubſtantialia antiqui idem actus dicitur continuatus. num. 15.*

*Vel*

*Vel quando eſt pro executione antiqui, vel eius perfectione. nu 16. & ſeq.*

*Vel ad proſecutionem, ſeu continuationem inchoatorum. num. 18. & ſeq.*

*Talis noua diſpoſitio eſt declaratio antiquæ. num. 20*

*Quando duæ obligationes ſunt pro eodem debito ad maiorem firmitatem, non dicitur nouatio. nu. 21. & ſeq.*

*Nouum ſolum dicitur, quod nunquam antea fuit. nu. 23. & ſeq.*

*Ponderatur Bald. num. 24.*

*Papa prorrogando gratiam non dicitur nouam facere. num. 26.*

*Facilius conſeruatur ius quam adquiritur. num. 28.*

*Noua non dicitur res niſi tota ſit noua, licet ſit noua aliqua pars. num. 30.*

*Quando præcedit contractus perfectus, & adijcitur conuentio, quæ poteſt cadere in nouum contractum, non dicitur nouus, ſed informatio prioris. num. 31.*

*Qualitatis mutatio non facit rem diuerſam cenſeri. num. 32.*

*Ponderatur lex 1. §. ex conuentione ff. de re iud. num. 33.*

*Ponderatur lex ſi tantum 12. ff. ad S.C. Macedon num. 34. & ſeq.*

*Ponderatur lex 1. §. res vero Cod. de impon. lucrat. deſcript. num. 36. & ſeq.*

*Ponderatur lex Cæſar 15. ff. de publican. & vectigal. nu. 38. & ſeq.*

*Ponderatur lex. ſi procuratorem 8. ff. mandati. num. 40.*

*Ponderatur lex. ſi eo §. fin. ff. ſi ſeruitus vendic. num. 41.*

*Ponderatur lex. ſi is cui ff. quem ad. mod. ſeruit. amitt. num. 42.*

*Ponderatur lex ſed ſi manente 5 ff. de precario. num. 43. & ſeq.*

*Ponderatur lex hæredes palam 23. §. ſi quid 1 ff. qui teſtam. fac. poſſ. num. 46. & ſeq.*

*Ponderatur lex, cum filius 76 §. hæres meus 3. ff. de leg. 2. nu. 50. & ſeq.*

*Ponderatur lex qui id quod 39 ff. de donat. num. 52 & ſeq.*

*Ponderatur lex. ſi maritus 3. ff. de conſtitut. pecun. num. 54.*

*Ponderatur cap. 1 de vaſallo decrepitæ ætatis num. 55 & ſeq.*

*Ponderatur lex. nam & ſeruius 21. §. ſi viuo titio ff. de negot. geſt. num 57. & ſeq.*

*Ponderatur lex. ſi hæres 5 ff de act. empt. & vendit. num. 60. & ſeq.*

*Ponderatur lex 1. §. 1, & §. ſiquis ædificium 1 3. ff. de noui oper. nunt. num. 64. & ſeq.*

*Ponderatur Azeuedo. nu, 67. & ſeq*

*Ponderatur Baeça. num 69. & ſeq.*

*Opinioni vnius Doctoris eſt ſtandum neceſſe, quando alius non adeſt in contrarium. num. 72.*

*Si opinio communis DD. eſt in genere, & anemonis, & inuenitur opinio vnica in ſpecie, & in terminis hæc ſequenda. ibid.*

*Filia poteſt meliorari in teſtamento cauſa dotis. num. 73. & ſeq.*

*Qui poteſt diſponere in vita ſua de aliquibus bonis, non poteſt diſponere in vltima voluntate. n. 76.*

*Prohibitus capere in vltima voluntate, non prohibetur inter viuos capere, & è contrario. num. 77.*

*Onus impoſitum contractui non eſt*

*extendendum ad teſtamentum, num. 78.*

*Filia probibita aliquid capere ex te patris; non prohibetur ex teſtamento capere. num. 79.*

*Donatio cauſa mortis cum pacto non reuocandi fit irreuocabilis. num. 81.*

*Pater legans filiæ dotem in teſtamento ſi poſtea nubente filia ei in dotem eamdem quantitatem dat, videtur compenſare cum legato, vel relicto in teſtamento. num. 82.*

*Si in teſtamento ſunt legata centum pro filia maritanda, poſtea ea nubente viuente, ſciente, & nihil dante patre, ex teſtamento filia petet quantitatem legatam num. 83.*

N. 1. SVppoſita reſolutione primæ quæſtionis, quod dato quod melioratio facta in cōtractu matrimonij fauore filiæ non valeat, reuocanda, vel vt melius dicam moderanda ſit quoad exceſſum ſolum legitimæ voluntariæ ipſius filiæ (quæ eſt portio quæ ab intestato patre mortuo, competebat) & in quantum lædit cæterorum filiorum legitimas, & non amplius. Hæc affirmamus, hæc conſtanter defendimus. Nunc reſtat inueſtigare ad factum noſtri caſus. An ſuppoſito etiam quod per legem Matriti ſit prohibita melioratio facta ad fauorem filiæ in contractu matrimonij, ſtemus ne in terminis huius legis? cum melioratio, quam fecit Petrus, ad fauorem Mariæ fuiſſet prius in teſtamento non intuitu matrimonij, licet poſtea ratificetur, & promiſsio fiat non reuocandi in contractu matrimonij cum prædicto Ioanne?

N. 2. Et in hac quæſtione videtur dicendum talem meliorationem dicta lege Matriti prohibitam inueniri, ibi: *Ni ſe entienda ſer mejorada tacita, ni expreſſamente.* Et quia ſi conſideratur vt melioratio facta in teſtamento, illa voluntas Petri erat deambulatoria vſque ad mortem, & iam adinuenitur reuocata per teſtamentum poſterius, in quo meliorauit dictum Ludouicum. Si vero conſideratur adquirere vires, & irreuocabilitatem capere ex pacto, hoc fuit celebratum in contractu matrimonij, & inter viuos, & huic expreſſè reſiſtit dicta lex Matriti.

N. 3. Hæc eſt quæſtio, & hoc opus, hic labor eſt, cum nullus falcem miſsiſſe videam vſque ad præſens tempus in tam magna difficultatis ſegete. Vnde maiori audacia conabor defendere quod ſentio. Hoc eſt in prædicta ſpecie, & noſtri facti caſu talem meliorationem non eſſe prohibitam ex dicta lege Matriti. Quod probatur ex eadem met lege, ibi: *Y mandamos que ninguno pueda dar, ni prometer tercio, ni quinto de ſus bienes, &c.* Ergo ratificare, & approbare meliorationem iam factam poteſt?

N. 4. Nam cum caſus ſit omiſſus remanet in iuris communis diſpoſitione

ſitione *cap. ſuſceptum de reſcript in 6. leg. ſi cum dotem, leg ſi vero, §. de viro, ff. ſolut. matr. leg. commodiſſimè ff. de liber. & poſth. leg. ſi extraneus ff de condict. ob cauſ.* Ex infinitis Brunor à Sole *in locis communi, verbo caſus num. 2.* Catdin. Tuſch. *litera O. concluſ. 116.* & Auguſt. Barboſ. *axiomat. iur. 36. num. 6. & ſeqq.*

N.5. Et quæ non mutantur ſtare non prohibentur. Imo prohibita quæ non inueniuntur per legem, permiſſa cenſentur, *leg. nec non 28. poſt. pr.* ibi: *Sed ſi lex non prohibeat iuncta gl. ff. ex quibus cauſ. maior. leg. ab ea parte ff. de probat leg. mutus §. quæritur ff. de procurat. cap. omnes. 3 diſt.* Burſat. *conſ. 110. num. 27. lib. 1.* Caſtillo Bouadilla, *in politica lib. 3. cap. 4. num. 44.* Brunor. à Sole *in locis communi, verbo prohibitio 1.* Ex infinitis Aug. Barboſſ. *de dict. vſufr. dictione 288. num. 3.*

N.6. Et maxime cum lex hæc ſit correctoria iuris communis, & ſic vltra caſus expreſſos non extendatur Tiraquell. *de iure primog. quæſt. 40. num. 194.* Alex. *conſ. 123. num. 21 lib. 4.* Auguſt. Barboſſ. *axiomat. iur. 39. num. 2.* Baeça *de non meliorandis dot. rat. filiabus cap. 13. num. 10.*

N.7. Probatur ſecundo: Nam ad hoc vt diſpoſitio legis Matriti locum habeat duo copulatiuè requiruntur, & quod fiat cauſa dotis, & in contractu inter viuos, vno deficiente diſpoſitio, vel melioratio locum obtinet, nec aduerſatur ei dicta lex Matriti cum imo hoc ponderet, ibi: *Ni ſe entienda mejorada tacita, ni expreſſamente por contrato entre viuos.*

N.8. Sic docte ponderat Ioann. Gutierr. *de iuram. confirm. cap. 59. num. 16.* qui & *num. 15.* antea dixit *quia dicta lex regia copulatiuè requirit, quod fiat melioratio ex cauſa dotis, & matrimonij, & per contractum inter viuos ad hoc vt non valeat melioratio: ergo quolibet eorum ceſſante ceſſabit quoque eius diſpoſitio, præcipuè cum ſit odioſa faminis iuxta vulgaria:* Ergo cum talis melioratio in teſtamento facta inueniatur, non eſt diſpoſitioni illius legis contraria.

N.9. Meliorationem enim factam filiæ in teſtamento vires obtinere omnes DD. affirmant Peralta, *in leg. ſi quis in pr. ff de leg 3: & in leg. 22. tauri* Velazquez, Auendaño *num. 12.* Anton. Gom. *num. 1. & 22.* Didac. del Caſtillo, *gl. entre viuos, & gl. 3. Et in leg. 1, tit 2. lib. 5. recop.* Azeuedo, *num. 17.* Matienço, *gl. 2. num. 4.* Angulo *gloſ. 7. num. 5.* Baeça *de non meliorand. dot. rat. filiab. cap 20. per totum.* Auendaño, *in cap. 14. prætor. col. pen. prope fin.* Mieres de maiorat. 1. *part. quæſt. 28. num. 1.* Morquecho *de diuiſ. bon. lib 3. cap. 8. num. 39.* Gutierrez, *d. cap. 59. num. 15. & 55.* Rojas, *de ſucceſſ cap. 3. num. 40.* Et quomodocumque conſideretur extra cauſam dotis poteſt filia meliorari vt Baeça *d. tract. cap. 2, num. 31. cap. 1 1. num. 94.*

 cap.

*cap.13.num.24,& cap.17.num.10.*

N.10. Probatur tertio: Nam ſemper origini,& initio primæuo actus ſtandum eſt.*leg clam poſsidere 6 in pr.*ibi:*Origo nanciſcendæ poſſeſsionis exquirenda eſt ff de adq.poſſ.leg.2.§.parui reffert ff. de priuileg.credit.*ibi: *Si originem rei probari poteſt leg. ſi procuratorem 8 ff. mandati* ibi: *Vniuscuiuſque contractus initium leg. nam orig. 8. ff. quod vi aut clam.leg in venditionibus ad fin cum gl.verb. initium ff. de contrah.empt.leg.tutor datus ff.de fidei vſſor.leg.qui id quod ff.de donat.leg filius fam.verſ.originem Cod.ad Macedon.*

N.11. Initium enim meliorationis in caſu noſtræ quæſtionis validum fuit,nam fuit in teſtamento celebrata; quando pactum interuenit, iam interuenerat, iamque ſolempniter erat facta, ſolum enim pactum ratificauit,& approuauit, fecitque irreuocabilem. Cum enim ſi tunc de nouo fieret non valeret,valet quia iam erat ſortita effectum.

N.12. Facta enim multa tenent, quæ à principio fieri prohibentur; *cap.ad Apoſtolicā 16.de regular.cap.1.de matrim contract.contra interdicta eius cap. rurſus qui clerici vel vouen leg. patre furioſo vbi late* Iaſſ.*ff.de his qui ſunt ſui,vel alieni iur.leg.circa ff.de in offi teſtam.leg 1.§.viduum ff.quando appell.ſit.* Præcipuè quando actus à principio non eſt omnino inualidus vt cum Lambert *de iur.patr.part.1. lib.10.art.7.*Surd.*conſ.174.num.12.* Tuſch.*pract.concl.12.litera F. per totam.* Auguſt.Barboſſ.*axiomat.93.num.30.*

N.13. Et quod ab initio factum eſt legitimè ex caſu ſuperuenienti non debet irritari,*ex leg.neque enim ff. de itinere actuque priuata leg. qui furore* vbi Bart.*ff.de ſtat.hom.leg.2 leg.qui in poteſtate §.fin.ff. de teſtam.leg.ſancimus.Cod.de admin tut.* Et ex quā plurimis Dom. D.Ioann.Bapt.Valençuela Velazquez,*conſ.160.num.57.*

N.14. Nam hæc ſemper vna, & eadem diſpoſitio iudicanda eſt, atque vna, & eadem melioratio facta in teſtamento Petri. Nam quanuis per pactum ratione dotis irreuocabilitatem accepiſſet, hoc eſt accidentale diſpoſitionis,Ita vt dicamus accidentalia mutari,non naturalia,cum ſemper in natura meliorationis remanſiſſet.

N.15. Et quando actus,ſeu diſpoſitio noua fit mutando accidentalia, & non ſubſtantialia antiqui idem actus dicitur continuatus, vt plures apud Decian.*conſ.11.ex num.27.cum ſeqq.* Calderin *conſ.11. de feud.* Crauet.*conſ 223.num.11.vol.2.* ex infinitis Dom. Valenzuela *d.conſ.160.num.65.& 71.* Petr.Surd.*dec.70.num.3.& 15.* Steph.Gratian.*diſcept.forenſ.599.num.34.& cap.718.n.17.& 18.*

N.16. Melioratio enim,quæ in tali contractu matrimonij inter Ioannē,& Mariam interuenit,non fuit noua diſpoſitio, aut melioratio

ſed

ſed executione antiquam factam teſtamento traddere, & fieri irreuocabilem, itaque nec dicitur nouus actus, Dom Valenzuela *num.64* ibi: *Quia actus ſequens veniens ad executionem alterius, aut perfectionem alterius non dicitur nouus, ſed idem cum primo* Crauet. *conſ.223. poſt.num.10 & 13. Morot. reſponſ.62.num.12.*

N.17. Dom. Salgado, *in labyrinth. credit. 3. part. cap. 11. num. 81. & 82.* ibi *Qui quidem Surdus. num.15. addit quod non ſit nouatio ex eo, quod poſtea conuentum eſt pro executione prioris contractus, vel pro eius cõplemento, vel perfectione ex Bart in leg. ſingula num. 10 verſ. quando que procedit vbi Alex. Iaſſ. Dec. Purpurat. Bolognet. & Curt. Iun. ff. ſi cert. pet. Menoch. de præſumpt. 134. nu. 26. Crauetta conſ. 436. num. 7 dicente non dici nouum actum illum, qui ſit pro executione antiqui, & in conſ. 666. num. 5. Cephal. conſ. 351. num. 23. & ſeq. Decian. conſ. 11. num. 51. plurimos alios reffert Antonin. de Amat. var. reſol. tom. 2. reſol. 57. num. 18. & ſeq.*

N.18. Nec dicitur res noua, quæ venit ad proſecutionem, ſeu conſumationem inchoatorum Crauett. loco relato Bald. *conſ. 156. num. 2. vol. 3:* Dom. Valenzuela, vbi ſupr. *num. 64. & 83.* Petr. de Vualdis, *in tract. de duobus fratribus part. 14. num. 9.* Mieres *de maiorat. 1. part. quæſt. 10 num 23.* Nec quando quod erat in potentia reducitur ad actum vt ex Dom. Solorcano, *de gubernat. indiar. lib. 2. cap. 27. num. 13.* Valenzuela *num. 65.*

N.19. Ergo cum ſit proſecutio eiuſdemmet voluntatis, eiuſdemmet diſpoſitionis; pactum illud, quod interuenit in contractu matrimonij Mariæ ratificationis, meliorationis, & promiſsionis eam non reuocandi (Hoc eſt, & fuit executioni iam factam meliora tionem mandare, proſequi eam, & vltimum calculum perfectionis ponere) non eſt dicenda melioratio facta ratione matrimonij, & ſic cui lex Matriti reſiſtat, ſed ipſa diſpoſitio facta in teſtamento, & earum quibus lex Matriti non opugnat?

N.20. Nam hæc noua diſpoſitio fuit declaratio antiquæ, itaque noue nomen diſpoſitionis neutiquam meretur, nec ſupponitur facta tempore contractus matrimonij *cap. relatum de præb. leg. hæredes palam 21. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Butr. *in cap. 2. nu 13. de elect. in 6.* Celſ. Hugo *conſ. 120. num. 2.* Deciſ. Genuæ *37. num. 8.*

N.21. Et vt in maioris roboris effectum diſpoſitionis primæ factæ à dicto Petro in ſuo teſtamento. Et quando duæ obligationes ſunt pro eodem debito ad maiorem firmitatem non dicitur nouatio, ſed quod ſecunda eſt ad maiorem firmitatem, & executionem primæ Antonin. de Amat. *var. reſol. lib. 2. reſol. 57. ex nu. 16 cum ſeqq.*

N.22. Et quando quis bis idem promittit ſemel tantum tenetur, *leg. qui bis idem leg. dari ff. de V. O.* & ideo agendum eſt ex primo, non

ex ſecundo *d.leg.qui bis,& notant* Bart. Bald. Alex. & Caſtrenſ. & ex eis Dom. Salgado, *d.cap.11.num.89.92.& 100.*

N.23. Nam ad hoc vt hæc vel noua diſpoſitio, vel noua melioratio denominaretur cauſa dotis, deberet non habere vllam ab antiqua dependẽtiam, cum nouum ſolum dicatur, quod nunquam antea fuit *cap. auaritia, cap generalis vbi* Ant. de Butr. *num. 14. de elect. in 6. leg. non eſt. nouum ff. de legib.* Cardin. Mantica *dec. 163. num. 4.* vbi affirmat non dici nouum, quod antea fuit. Et ex eis Dom. Valençuela, *num. 69.*

N.24. Et eſt celebris, & ad propoſitum Baldi doctrina *in cap. cum acceſſiſſent num. 17 verſ. & eſt noua de conſtit.* cuius, vt repetit Dom. Valençuela *num. 74* ſunt verba. *Id nouiter creatum dici, quod primo principio ſui factum eſt, nec habet inſtar, nec dependentiam ab alio principio per cap. 1. §. 1. de ſucceſſ. feudi.*

N.25. Et non eſt minus ponderatione digna doctrina Bartoli, *in leg. ſi mihi, & titio* vbi & alij *ff. de V.O.* quod non vocatur, feudum nouum, ſed antiquum, ſuper quo eſt renouata conceſsio *cap. 1 de vaſallo decrepita ætat. vbi gl.* tenent etiam Bald. *in leg. quod dicitur 1. ff. de impenſis in rebus dotalib. factis* Roman. *conſ. 315. in caſu.* Ancharr. *conſ. 54. num. 4.* Socin. *conſ. 100. verſ. videmus etiam vol. 3.* Alex. *conſ. 30. quoniam omne num. 5. & ſeq. lib. 1.*

N.26. Et Papa prorrogando gratiam non dicitur nouam facere, ſed antiquam extendere Paul. de Caſtr. *conſ. 117. ſi conſideremus num. 1. lib. 1.* Ex quo Mieres *de maiorat. 1. part. quæſt. 10. nu. 23.* vbi alia traddit.

N.27. Et per permutatationẽ nominis, quod de emphyteuſi antiqua fiat feudum ad huic dicitur feudum antiquum, Dec. *conſ. 59. col. ſin. verſ. & licet antiqua inueſtitura,* vbi Addentes Zuccar. *conſ. 7. n. 45.* Cæſar Manento *tit. de iure contract. libellari, par. 15. num. 22.* Et noua conceſsio gratiæ dicitur prorrogatio, Viſill. ad Affiict. *deciſ. 148. num. 4.*

N.28. Et facilius conſeruatur ius, quam adquiritur, *leg. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, leg. 1. §. caſum, ff. de poſtulando,* Craueta *conſ. 292. num. 2. vol. 2.* vbi illa iura ad hoc ponderat. In noſtro igitur caſu, quid aliud fuit illud pactum meliorationis, niſi concedere, aprobare, & confirmare meliorationem iam factam tempore, & titulo habili? Et ſic euidenter totum reducendum eſt ad illam Petri diſpoſitionem teſtamentariam, perquã valet melioratio facta filiæ.

N.29. Neque obſtat dicere, quod illa diſpoſitio reuocabilis erat, & quod per pactum illud in contractu matrimonij prætendatur fieri irreuocabilis, nam ex prædictis manifeſta adeſt ſatisfactio. Et magis, cum ſi quod non erat, ex eo ſolum, quod eſſet in potentia, ſi reducitur ad actum, non dicitur actus nouus, ſed antiquus,

attenta

attenta conſideratione potentiæ vt diximus. Multo melius, quando melioratio facta à Petro in illo teſtamento erat perfecta legitima, & conſummata, quanuis reuocari poſſet?

N. 30. Nec ex eo ſolum, quod per tale pactum fieret irreuocabilis, dicetur noua diſpoſitio. Cum noua non dicatur res, niſi tota ſit noua, licet ſit noua aliqua eius pars Abb. *in cap. 1. num. 4. de V. S. Et in iure expreſſum eſt, quod quando vetus conſtitutio renouatur, etiam aliquo addito, non dicitur noua, ſed antiqua cap. præceptis 12. diſt cap. acatius 24. quæſt. 1.* vt ſunt verba Dom. Valençuela *vbi ſupr. num.* 71. Et quia actus continuatio facit duos cenſeri vnum, vt ex pluribus iuribus. *Idem num.* 78.

N. 31. Facit celebris doctrina Dom. Salgado *d. cap. 11. num.* 90 ibi *Quemadmodum etiam, quãdo præcedit contractus perfectus, cui licet adijciatur conuentio, quæ poteſt cadere in nouum contractum, tamen attenditur primus, itaut magis inducatur informatio prioris, quàm nouus contractus. Eleganter Salicet. in leg. 1. § ſi te rogauero in pr. ff. de poſiti quod etiam voluit Bald. in rubr. Cod. eod num. 7. quæſt. 7. ſequitur Gratian. tom. 2. cap. 273. num. 34. Dom. Caſtillo tom. 2 cap. 155. nu. 6. ante fin.*

N. 32. Nec qualitatis mutatio facit rem diuerſam cenſeri Iaſſ. *in leg. ius autem ff. de iuſt. & iur.* Alex. *conſ.* 79. *num.* 9 & 10. *lib* 1. Bellon. *conſ.* 8 *num.* 4. Ex quibus doctrinis ponderatur, quod quanuis per dictum pactum matrimoniale irreuocabilis fieret melioratio, nõ vocaretur melioratio facta in contractu matrimonij, ſed in teſtamento, cum ex eo originem, & initium caperet, & ita non aduerſante lege Matriti.

N. 33. Et cum hunc punctum de apicibus iuris iudicemus, in mare eius proceloſum vela tendamus, per hoc iter ab authoribus vſque adhuc non excogitatum. Primoque adſit pro noſtra reſolutione ponderandus *text. in leg. 4. §. ex conuentione ff. de re iud.* ibi: *Cum aliquid acceſſerit rei iudicatæ, non eſt à re iudicata receſſum*, Nõ igitur ex eo quod meliorationi factæ in teſtamento, adderetur irreuocabilitas per pactum, dicitur receſſum a teſtamẽto, nec nouã diſpoſitionem fieri. Cum in dicto pacto celebrato in contractu matrimonij circa irreuocabilitatem poſſe, & alloqui Petrus pater Mariæ. Cum verbis *tex. in cap. præceptis 12. diſt. non nouum aliquid præſenti iuſsione præcipimus, ſed illa, quæ olim videntur indulta, firmamus.*

N. 34. Ponderandus ſecundo, & non immerito, *text. in leg ſi tantum 12. ff. ad S. C. Macedon.* Conceditur illud S. Conſultum ad reſcindendas obligationes filiorum familias. Sed, ſi ſciente, patre creditum ſit filio ceſſat Senatus conſultum. Et ſi pater ordinat, aut mandat ei credi, & adhuc re integra, credito non facto, ſuam mutat voluntatem, & poſtea, licet ignorans, aliquis credit adhuc ceſſat Senatus conſultum nam licet creditum tẽpore à patre prohibito

 & per

& per S Conſultum fit, aſſumit vires à tempore, in quo à patre conceſſum fuit, non attento tempore contractus.

N.35. I.C Paulus ibi per hæc verba. *Si tantum ſciente patre creditum ſit filio dicendum eſt ceſſare Senatus Conſultum. Sed ſi iuſſerit pater filio credi, deinde ignorante creditore, mutauerit voluntatem, locus Senatus Conſulto non erit: quoniam initio contractus ſpectandum eſt.* non enim inquit textus propter ignorantiam, *ſed quoniam initio contractus ſpectandum eſt.*

N.36. Ponderandus Tertio *Tex. in leg. 1. §. res vero Cod. de imponenda lucratiua deſcriptione*: Imponitur illa deſcriptio, ſiue onus reale quatuor ſolidorum in bonis immobilibus, titulo donationis, legati, vel alterius lucratiui adquiſitis per quemcunque, dummodo nec filius, nec deſcendens ſit. Dubitat ergo textus ſi initio contractus celebrãdus tractatur vt onerosus, & hæc eſt intentio, cũ quo ab hoc onore, vel deſcriptione liberatur, poſtea vero tempore celebrationis contractus, vel translationis dominij, fiat titulo lucratiuo, an deſcriptio debeatur; & decidit quod non. Nam in omni euentu attenditur prima origo. Et poſterior titulus, quanuis transferens dominium, refertur ad primum, quanuis iſte tunc informis eſſet, & ſine perfectione, vel conſumatione.

N.37. Textus, ibi: *Si cuiuslibet contractus exordio lucratiuæ nomen euaſerit: & ſi poſtea lucri titulo in dominium alicuius ceciderit, ſarcinam memoratæ deſcriptionis effugiet. Nulla enim in huiuſmodi cauſis confuſionis intercedit ocaſio, etſi ad primordium tituli poſterior quoque formetur euentus.*

N.38. Ponderandus Quarto *text. in leg. Cæſſar. 15. ff. de publican. & vectigal.* Imperator Cæſar Auguſtus vni locauit cotorias Cretẽſis inſulæ ſub prohibitione vt alter nullus eas deſumeret poſt idus Martij. Titius ante hunc diem cum eas foderet, & auelleret, naue vento mota iterum ad portum vel inſulã reducta compulſus fuit ad ſuper ſedendũ in illa, interimque dies idus Martij venit, & poſt illum nauem illis cotorijs plenam reduxit ad exitum portus. Dubitatur an in pænam incurrat? Et affirmat cum non incidere in pænam, quia licet nauem poſt diem euexit, non attenditur niſi initium, ideſt cum primum à portu ſe receſsit.

N.39. Ibi I. C. Alphenus. *Cæſſar cum inſulæ Cretæ cotorias locaret, legem ita dixerat, ne quis præter redemptorem poſt idus Martias cotem ex inſula Creta fodito, neve eximito, neve auellito. Cuiuſdam nauis onuſta cotibus ante idus Martias ex portu Cretæ profecta vento relata in portum erat. De inde iterum poſt idus Martias profecta erat. Conſulebatur, nunc contra legem poſt idus Martias ex inſula Creta cotes exiſſe viderentur. Reſpondit tametſi portus quoque, qui inſulæ eſſent, omnes eius*

*inſulæ*

*inſulæ eſſe viderentur. Tamen eum, qui ante idus Martias profectus ex portu eſſet, & relatus tempeſtate in inſulam deductus eſſet: Si inde exiſſet, non videri contra legem feciſſe, præterea, quod iam initio euectæ cotes viderentur, cum & ex portu nauis profecta eſſet.*

N.40. Ponderandus Quinto *text. in leg. ſi procuratorem 8. ff. mandati.* Conſtituit Titius Seium procuratorē ſuum, & poſtea apud eum certa inſtrumenta depoſuit, quæ cum reſtituere nollet, dubitatū fuit an actione depoſiti, an vero mandati peteret. Et nec probabilem voluit I. C. ſententiam actionem ei depoſiti competere tenentium. *Nec eſſe probabilem ſententiam exiſtimantium ex hac cauſa agi poſſe depoſiti: vniuscuiuſque enim contractus initium ſpectandum, & cauſam.*

N.41. Ponderandus ſexto *text. in leg. ſi eo §. fin. ff. ſi ſeruit. vendic.* ibi: *Sicuti qui aqua, ex qua ius habet vtendi alia, mixta vſus eſt, retinet ius ſuum.* Vtitur noua diſpoſitione, noua mixtura aquæ, ſed adhuc cum ſit primæ coniuncta, non eſſe affirmat textus, nouum vſum aquæ, nec nouam diſpoſitionem. *Retinet ius ſuum.* Vna enim eſt, cum ad primam referatur.

N.42. Ponderandus Septimo, melior ad hoc *text. in leg. ſi is cui ff. quemadmod ſeruit. amitt* ibi: *Aut aquæ admiſcuerit aliam, nam mixtura addita, non mutat naturam præcedentis diſpoſitionis.* Ergo additum irreuocabilitatis per pactum in contractu matrimonij, ad meliorationem in teſtamento factam, non mutat naturam diſpoſitionis teſtamentariæ? Ergo in noſtræ queſtionis caſu melioratio facta Mariæ non eſt prohibita, etiam in terminis legis Matriti? *Nam mixtura addita non mutat naturam præcedentis diſpoſitionis.*

N.43. Ponderandus Octauo, *text. in leg. ſed ſi manente 5. ff. de præcario.* Titius v. g. pro certo tempore cum rem præcario poſsideret, poſtea de nouo ad aliud conceſſum fuit tempus præcarium. Dubitatum fuit an noua adquiſitione poſſeſsionis neceſſum eſſet, velut noua diſpoſitio. Et I. C. Pomponius reſoluit cum diſtinctione, quod ſic ſi iam primi præcarij tranſactum erat tempus, ſecus vero ſi non erat tranſactum, quia non dicitur noua conceſsio, ſed prorrogatio.

N.44. Diſpoſitio enim perfecta erat talis melioratio facta à Petro in teſtamento ad fauorem Mariæ filiæ ſuæ licet reuocabilis, & cum reuocata non eſſet, & ſic non dum finitum illius tempus, per pactum matrimoniale efficitur irreuocabilis; hoc quid ſit magis quam prorrogatio validatis? non igitur noua diſpoſitio vocetur, nec quæ legem Matriti reſiſtat.

N.45. I. C. ibi *Sed ſi manente adhuc præcario tu in vlterius tempus rogaſti, prorrogatur præcarium, nam nec mutatur cauſa poſſeſsionis, & non conſtituitur eo modo præcarium ſed in longius tempus profertur. Si vero præterita*

*præterita die rogas, proprius eſt vt ſoluta iam cauſa præcarij non ſed integretur, ſed noua conſtituatur,* non enim in noſtro pacto mutata fuit cauſa diſpoſitionis, *nam nec mutatur cauſa poſſeſsionis,* nec conſtituitur de nouo melioratio. *Et non conſtituitur eo modo præcarium.*

N. 46. Ponderandus Nono, *text. in leg. hæredes palam. 21. §. ſi quid ff. qui teſtam. fac. poſſ.* vbi cum accedat I. C. Vlp. decidendo quod. *Si quid poſt teſtamentum factum mutari placuit, omnia ex integro facienda ſunt.* Nam ad nouam diſpoſitionem nouum teſtamentũ requiritur. Sed ſi eadem eſt diſpoſitio, & ſolum mutãtur circunſtantiæ, veluti ſi Sticho legauit, & cum plures Stichos haberet, non explanauit qualem, aut errauit in nomine, aut in pronomine, dum in principali diſpoſitione non erraſſet, vel in legato, dum idem legatum remaneret, quanuis qualitates mutaret, vel vni dando, vel alij adimendo non denominetur noua diſpoſitio, & poſsit ſine nouo teſtamento fieri. Melioratio enim hæc iam erat facta, hæc non mutatur, nec perſona Mariæ, ſed ſolum in qualitate irreuocabilitatis; non de nominetur ergo noua melioratio, non noua diſpoſitio, & ſic cum I. C. *An poſt ſolemnia explanare poſsit quæritur.*

N. 47. Et idem reſpondet *Vt puta Stichum legauerat, cum plures haberet, Titio legauit cũ multos Titios amicos haberet; errauerat in nomine, vel pro nomine, vel cognomine, cum in corpore non erraſſet, poterit ne poſtea declarare, de quo ſenſerit? Et puto poſſe. Nihil enim nunc dat, ſed datum ſignificat.* Ergo in noſtro caſu cum ſolum Petrus per pactum aprobet meliorationem in teſtamento factam; *nihil enim nunc dat, ſed datum ſignificat.*

N. 48. Progreditur ergo noſtra ponderatio ad illum textum. Mandauit teſtator legatum, nec legatarium, nec quantitatem aſsignans, dubitatur an poterit aſsignare ſine nouo teſtamento. Et propter eamdem rationem quod ſic affirmat I. C. *Sed & ſi notam poſtea adiecerit legato, vel ſua voce, vel litteris, vel ſummam, vel nomen legatarij, quod non ſcripſerat, vel nummorum quantitatem, an rectè fecerit? & puto etiam qualitatem nummorum poſſe poſtea addi.*

N. 49. Si verò in his terminis iudicatur vna, & eadem diſpoſitio cum prima, & eadem in teſtamento contenta. Ergo multo fortius in noſtro caſu, vbi in nouo pacto celebrato in contractu matrimonij, nec additum, nec diminutum aliquid inuenitur meliorationi, ſed ſolum fuit eam confirmare, & irreuocabilem facere?

N. 50. Ponderandus Decimo *text. in leg. cum filius 76. §. hæres meus 3. ff. de leg. 2.* Teſtator hæredem grauauit vt ſolueret Titio quod per teſtamentum Sempronij ei debebatur, cum imo eſſet quod per vnã nouationem quam antea fecerat teſtator cum legatario nihil iam debebatur ex illo Sempronij teſtamento, Dubitat I. C. an per illam

per illam falſam demonſtrationem legatum debeatur. Et affirmatiue reſpondet. Nam cum ad teſtamentum remitteretur, ſufficit quod ex eo à principio deberetur. *Quod veritatis primordio adiuuaretur.*

N.51. *Hæres meus*, ait Papianus, *Titio dato, quod ex teſtamēto Sempronij debetur mihi, cum iure nouationis, quam legatarius idem que teſtator an te fecerat legatum ex teſtamento non debeatur, placuit falſam demonſtra tionem legatario non obeſſe, nec in totum falſum videri, quod veritatis primordio adiuuaretur.*

N.52. Ponderandus Vndecimo *text, in leg. qui id quod 39. ff. de donat.* Donans, vltra, quod facere poteſt, conueniri non poteſt, quod ſecus eſt in actione conſtitutæ pecuniæ. Fecit ergo vnus donationem, & poſtea per diuerſum actum, & diuerſo tempore per ſtipulationem ſe obligauit ſoluere quantitatem donatam actione conſtitutæ pecuniæ. Dubitatur, an per nouam hanc actionem poſſit conueniri vltra quam facere poſſit, ibi: *Qui id quod ex cauſa donationis ſtipulanti ſpoponderat ſolui, conſtituit actione conſtitutæ pecuniæ;* & reſoluit ita, *non in ſolidum ſed in quantum facere poteſt, conuenitur.*

N.53. Nam quamuis nouus actus, noua diſpoſitio, & obligatio ſit ſemper intelligitur primeuæ obligationis naturæ, illudque principiū, vel origo ſemper attendendum, non noua diſpoſitio, ibi: *Cauſam enim, & originem conſtitutæ pecuniæ, non iudicii poteſtatem præualere placuit.* Cauſa enim, & origo meliorationis in noſtro caſu eſt attendenda, quæ fuit in teſtamento, non pactum, quod fuit in con tractu matrimonij. *Non iudicij poteſtatem præualere placuit.*

N.54. Ponderandus Duodecimo Vlp. *in leg. quod ſi maritus 3. ff. de cōſtitut. pecun.* vbi in ſimili decidit caſu, ibi *Quod ſi maritus plus conſtituit ex dote, quam facere poterat, quia debitum conſtituerit, in ſolidum Quidem tenetur, ſed mulieri, in quantum facere poteſt condemnatur.*

N.55. Ponderandus Tertio decimo *text. in cap. 1. de vaſallo decrepitæ ætat.* Certus vaſallus, cum ad maiorem ætatem perueniſſet, feudum in manus Domini renuntiauit, vt de nouo filijs ſuis concederet; & ita fuit factum. Mortuoque eo, & vno, ex eius filijs, ſine ſucceſsione, ex cogitatum fuit, an totum alteri fratri adquireretur, & videbatur quod non, cum fuiſſet noua conceſsio, & non feudum paternum. Et ſic quod cedens pars Domino adquireretur. Et affirmat textus præualere ſententiam contra dominum feudi, nam iudicatum fuit paternum, aſſumendo originem à patre, à quo initiū habebat, noua conceſsione non attenta. Ergo cum melioratio ab teſtamento Petri dependentiā & originem trahat, teſtamentaria debet dici, & non intuitu matrimonij, quamuis firmitas, & irreuocabilitas in cōtractu matrimonij, & per illud pactū adquiratur.

 En

N.56. En verba textus, *Quidam vaſallus, cùm decrepitæ ætatis eſſet, feudum ſuum in manus domini ad hoc refutauit, vt Seium, & Sempronium filios ſuos de eodem beneficio inueſtiret. Vaſallo mortuo: Sempronius ſine legitimo hærede, Seio adhuc ſuperſtite, deceſsit. Lis eſt inter Dominũ, tanquam nouum feudum ſibi delatum eſſe dicentem: & Seium paternum. Vnde eorum ſententia præualuit, qui dixerunt hoc feudum, quaſi refutatum nihilominus eſſe paternum.*

N.57. Ponderandus Quarto decimo text. *in leg. nam & ſeruius 21. §. ſi viuo Titio ff. de negot. geſt.* vbi affirmat textus quod negotiorũ geſtor, ſiue adminiſtrator mortuo domino non poterit actionem de nouo inchoare, res vero iam inceptas conſumare valebit, ibi. *§. ſi viuo Titio. Si viuo Titio negotia eius adminiſtrari cæpi, intermittere mortuo eo non debeo, noua tamen inchoare neceſſe mihi non eſt, vetera explicare, ac conſeruare neceſſarium eſt: vt accidet, cum alter ex ſocijs mortuus eſt.* Mandatum enim iam non eſt finitum? Sic. Sed hæc non dicitur noua diſpoſitio, ſed proſecutio antiquæ, vel conſeruatio. *Vetera explicare, ac conſeruare neceſſum eſt.*

N.58. Quanuis enim pactum illud tempore inualido fuiſſet in noſtro caſu, & quod ſi melioratio tunc vires habere inciperet non valeret, cum illud pactum ſolum ſit explicatio primæ teſtamentariæ diſpoſitionis, vel conſeruatio illius meliorationis (conſeruatio enim quid eſt aliud niſi firmem, validam, & irreuocabilem facere?) non poteſt dici pactum factum tempore contractus matrimonij, nec contradicente lege Matriti.

N.59. Concludit hanc rationem, illa, quam text. traddit, veluti noſtrum caſum conſiderans. *Nam quæcunque prioris negotij explicandi cauſa geruntur, nihilum reffert quo tempore conſumentur, ſed quo tempore inchoarentur* non enim tempus conſumationis, ſed inchoationis actus attendendum. Nam tempus conſumationis nullius eſt in attentione momenti. *Nihilum reffert, &c.*

N.60. Ponderandus Quinto decimo *text in leg. ſi hæres 5. ff. de act. empti* Teſtator grauauit hæredem ſuum vt vnum fundum véderet, qui venditus emptori in parte vicioſus ad inuenitur; dubitatur, quæ actio emptori competat, an exempto, an ex teſtamento. In quo caſu alienum à dubitatione videtur, cum emptor ex empto damnum accipiat, non vero ex præcepto vendendi à teſtatore.

N.61. Et magis ſi cum Gotofredo in illo loco notemus qui in verbo *reliquis* ſe remitit ad *leg. 13 & ſeqq. eiuſdem tit.* vbi ponunt quando erat res morboſſa, &c. Et ſic vitium erat ipſius rei. Et ad intelligentiam text. ſe remittit ad *leg. ſi cui legetur 49. §. meminiſſe 8. ff. de leg. 1* ibi: *Meminiſſe autem oportet eum, qui damnatur hoc ſolum fundum vendere, non gratis damnari hoc facere, ſed hoc ſolum*

vt

*vendat vero pratio*. Ergo teſtator non præcepit damnum fieri emptori, ſed *vt vendat vera pratio*? Ergo damnum nunquam accepit à teſtamento, ſed ab emptione? Ergo actio ex empto non ex teſtamento erit?

N. 62. Sed his non obſtantibus ait I. C. *Si hæres ex teſtamento qui vendere damnatus ſit, & vendiderit, de reliquis, quæ per conſequentias emptionis propria ſunt, vel ex empto, vel ex teſtamento agi cum eo poterit*. Nihil intereſſe affirmat I. C. quod in venditione contractus celebraretur, vel vires caperet, cum iubere teſtatorem fieri, non eſt idem quod fieri emptionem, nam adhuc dabitur actio ex teſtamento, nam ex eo originem trahit, & ſic ita eſt, ac ſi in eo venditio celebraretur.

N. 63. Ergo quanuis in noſtro caſu actus teſtamenti Petri, vel melioratio ad fauorem Mariæ facta eſſet reuocabilis (& cum in fortioribus terminis ſimus, cum melioratio iam eſſet perfecta, quod ſecus eſt in prædicto textu, in quo emptio in teſtamento informis erat) irreuocabilitasque fuiſſet per pactum matrimoniale, & cauſa dotis, ad teſtamentum reffertur, ex teſtamento emanauit, melioratio teſtamentaria dicenda eſt, & ſic nullatenus per legem Matriti prohibita?

N. 64. Ponderandus Sexto decimo Vlpianus *lib. 52. ad edictum*. Qui habetur *in leg. 1. §. 1. & § ſi quis ædificium 13. ff. de nou. oper. nunt.* tractatur de edicto illius tituli, & cum dicat non dari pro ædificio antiquo, ſed pro nouo *d. §. 1. Hoc autem edictum, remedium que noui operis nuntiationis aduerſus futura opera inductum eſt, non aduerſus præterita, hoc eſt aduerſus ea, quæ non dum facta ſunt, nam ſi quid operis fuerit factum, quod fieri non debuit, ceſſat edictum noui operis nuntiationis, & erit tranſeundum ad interdictum, quod vi, aut clam factum erit, vt reſtituatur.*

N. 65. Poſtea I. C. *d. § ſi quis ædificium* 13. affirmat, quod ſi erat ædificium antiquum, ſed omnino deſtructum, & reędificatur non dabitur interdictum. Nam quanuis de nouo fiat, trahit originem ab antiquo. Et eſt deſtructum reędificare, ibi: *Si quis ædificium vetus fulciat, an opus nouum nuntiare ei poſſumus videamus? & magis eſt ne poſſumus. Hic enim non opus nouum facit, ſed veteri ſubſtinendo remedium adhibet.*

N. 66. Si in ædificio totaliter deſtructo hoc concurrit, quid dicemus in noſtro caſu vbi melioratio, facta Mariæ, licet eſſet reuocabilis, non erat reuocata, & ita non dum caducata, vt illud ædificium ſi licet poſſet caducari. Pactum matrimoniale non reædificat, ſed fulcit, & fauet ad hoc vt non ſit reuocabilis. *Hic enim non opus nouum facit, ſed veteri ſubſtinendo remedium adhibet.*

N.67. Et quamuis nullus author hanc noſtram quæſtionem tetigerit, aliqua eius veſtigia inueniemus. Et ſic primo ſit ponderandus pro ea Azeuedo, *in leg. 1. tit. 2. lib. 5 recop. num. 17.* vbi ad quæſtionem venit ſi facta melioratio filiæ in conſtractu matrimonij, & inter viuos, poſtea in teſtamẽto reualidatur, an valebit, & affirmat quod non nam origo eſt attendenda, & non vocatur melioratio noua, ibi *tum etiam, quia ex leg. verbis Cod. de donat. enter vir. confirmatio in teſtamento facta dotis antea filiæ inter viuos promiſſæ, & datæ vltra legitimam nihil operatur, quia non eſt de nouo datio, nam qui confirmat nihil dat de nouo.*

N.68. Ergo argumento à contrario ſenſu melioratio facta in teſtamẽto, vt eſt in noſtra quæſtione, cum poſtea ratificetur, & aprobetur cauſa dotis, eſt firmis, & ſine vllo defectu, nec prohibitione legis Matriti *Quia non eſt de nouo datio, nam qui confirmat nihil dat de nouo.*

N.69. Ponderatur maxime, & elegantiſsime in terminis Gaſpar Baeça *de non melior. dot. rat. filiab. cap. 19. num. 17. & 18.* Tractat quæſtionem quod pater facultatem regiam impetrauit ad inſtituendã maioriam omnium ſuorum bonorum in fauoré filij quem vellet, & cum ea vſus non eſſet, colocans filiam in matrimonium, in contractu ipſius fecit vinculum, vel maioriam ad fauorem dictæ filiæ Dubitatur an valeat, & reſoluit quod ſic. *& num.* 18. digna hac ponderatione, & quæ noſtram quæſtionem decidunt clare & expræſſè, proffert verba, & quę alia ponderatione non indigẽt.

N.70. *Et reuera negari non poteſt, matrimonium non adducere patrem ad meliorandum cum ante matrimonium facultatem impetrarit ad meliorandam ampliſsime filiam, & ſic licet poſtea ratione matrimonij perficiatur melioratio, matrimonium potius eſt ocaſio perficiendi, quod pater iam deſtinarat, quam cauſa, & fundamentum meliorationis, & cum ante matrimonium pater decreuerit illam meliorare, certe non poteſt dici meliorata nuptiarum ratione, & quod ſi non nuberet, non melioraretur.*

N.71. Quod clarius? quid expræſsius? quę verba maioris póderationis ad noſtrũ caſũ articulanda? maxime cũ ille author, tã magnopere cõtra filias melioratas ſtudeat ſcribere. Et ſi hoc affirmat ex eo ſolũ, quod pater ſignificauit poſſe velle meliorare filiã, quamuis nec voluit ante matrimonium, nec clare demonſtrauit, quid diceret in noſtra quæſtione vbi Petrus non ſolum ſignificauit poſſe velle meliorare Mariã, ſed quod volluit, & non ſolum voluit imo voluntatem reduxit ad actum meliorando illam in ſuo teſtamento?

N.72. Et ſi opinioni vnius Doctoris ſtandum neceſſe eſt quando non adeſt alius in contrarium vt Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 71. num.* 16. Et Ceuallos *in præfat comm. opin. num.* 47. Et vt idem

*Ibid.*

*Ibid.num.59.quando habemus opinionem communem in genere, & à remotis, & in ſpecie propria, & in indiuiduo, de quo agitur habemus aliquã authoritatem, tunc communis opinio à remotis, & in genere attendi non debet ſecundum Ojedam ibid.num.26.* (eſt de benefic.imcõpatibil.2. par.cap.12.) Et Menoch *lib.2.præſumpt.dict.præſumpt.71.num 29* & traddit *Riminald.conſ.363.num.156.lib.4.& Fabius Turretrem. conſ.5.num.16.* Quomodo poterit trahi hæc quæſtio in dubium? Ergo ſine dubitatione eſt noſtra reſolutio?

N.73. Et vltra Prædicta probatur etiam noſtra reſolutio, ex eo quod filia poteſt meliorari à patre in teſtamento ratione dotis, dũmodo de matrimonio non tractetur, neque per matrimonij cõtractum; vt ſic accerrimis fundamentis contra Auendañum defendit Baeça *cap.20.per totum,* & Matienço *in leg.1.gloſ.3.num.2.tit.2.lib.5. recop.* Ioann.Gutierr.*de iuram.confirm.1.part.d.cap.59.num.15.*

N.74. Quod per eos probamus primo per verba illa legis. *No ſe entienda ſer mejorada por ninguna manera de contracto entre viuos. Ergo à contrario ſenſu,* ait Baeça, *extra contractum inter viuos meliorari poterit.* Et poſtea *num.5. Suponendum, quod hæc verba licet generalia ſint intelligenda ſunt de melioratione, quæ ſit ratione dotis vt ex tota legis ſerie patet, & ex verbis ſtatim præcedentibus, mandamos que ninguno pueda dar por via de dote, ni caſamiẽto, tercio, ni quinto de ſus bienes, ni ſe entienda ſer mejorada tacita, ni expreſſamente por ninguna manera de contracto entre viuos. Ergo hæc generalitas, no ſe entienda ſer mejorada por ninguna manera de contracto entre viuos, intelligitur ratione dotis, vel matrimonij, & ita probatur ex petitione, & ſerie legis?*

N.75. Probatque magis Baeça *num.6.* nam vna lex tanta attentione, & conſideratione, & per tot viros, & tam præexcellentes facta, non poteſt dici continere verbum, quod ſpecialem ponderationẽ, vel miſterium non contineat, maximèque illa verba, quæ non ſunt enunciatiua, ſed in principaliori parte diſpoſitionis ſunt collocata: *ideo magna conſideratione* ait Baeça, *poſita credendum eſt. Significant autem filiam non poſſe meliorari per contractum inter viuos, ergo extra contractum inter viuos meliorari poterit? qui enim aliter ſentit, ipſa verba legis ſpernit, & ſuum ſenſum legis iuditio præffert.*

N.76. Probatur & magis ex doctrina Alex. *conſ.13.circa primum dubium num.17.verſ.& per hoc benefacit, & verſ.cum igitur Nicol.lib.3.* Vt qui poſsit ad libitum diſponere de aliquibus bonis in vita ſua, non poſsit diſponere in vltima voluntate. Similis eſt doctrina Bartoli *conſ.76.incipit pater filio ſuo emancipato.* Et eiuſdem Alex. *conſ.54.in caſu de quo quæritur num 5 lib.7.* Quos ponderat Baeça *num.7.& 8.*

N.77. Et quia prohibitus capere in vltima volũtate non prohibetur

I capere

capere ex contractu inter viuos *leg ſeruum meum ff. de hæred. inſt.* Et ibi Bald. Et è contrario prohibitio alienationis inter viuos non trahitur ad alienationem factam in vltima voluntate *leg ex hoc edicto §. alienare ff. de alien iudit. mut. cauſa facta. auth. vt ſponſalitia largitas in pr. verb. lege Æliaſentia, & §. fin. inſt. quibus ex cauſis manu mitti non licet* vt ponderat Baeça *num. 8.* vnde ibi: *Quod prohibitio huius legis vetantis meliorationem inter viuos non eſt extendenda ad meliorationem, quæ fit in vltima voluntate. Facit quod ſcribit Anton. Gomet. in leg. 17 tauri num. 24.*

N. 78. Et quia onus impoſitum contractui, non eſt extendendum ad teſtamentum Bald. *in leg. teſtamentum num. 4. Cod de teſtam. & conſ. 349. lib. 1.* Et ex alijs Baeça *num. 8.* Et iura loquentia de his quæ fiunt in contractibus inter viuos, non ſunt admittenda in his, quę fiunt in vltima voluntate Bald. *in cap. quia 5. col fin. de iudic.* Imol. Aret. & Iaſſ. *in leg. ſi ita quis §. ſi ea lege ff. de V. O.* Idem Baeça *n. 9.*

N. 79. Et filia prohibita aliquid capere ex re patris non prohibetur capere ex teſtamento Alex *conſ. 131. col. fin. lib. 1.* Socin. *conſ. 182. col. 2. lib. 2. & conſ. 106. col. 5. lib. 3.* Capra. *conſ. 19. c... 2.* & ex alijs Baeça *num. 10.*

N. 80. Et quia ſi poteſt filia meliorari in teſtamento, hæc lex non erit adeo ſeuera aduerſus filias, vt idem Baeça *num 12.* qui alias rationes adducit. Et *num. 4.* in hæc verba prorrumpit. *Vltimo hæc opinio ſuadetur, quoniam præfinitio arrarum ſcripta lege 1 tit. de las arras lib. 3. fori non habet locum, quando arræ conſtituuntur ante matrimoniũ ita docuit Roderic. leg. 1. tit. de las arras §. nota vlterius fol. 2. Sic ergo ſumma hic præſcripta in dotandis filiabus non eſt ſeruanda, quando dos conſtituitur in teſtamento ante matrimonium, de qua re ſtatim prolixius dixeram. Igitur, vt finem faciam, ego in ea ſum ſententia, vt extra contractum inter viuos filia meliorari poſſit, puta in teſtamento. Tunc enim veriſimile eſt, rem prueenter æſtimari, & ex magna cauſa fieri.*

N. 81. Probaturque vlterius noſtra reſolutio nam cum melioratio ſit prælegatum vel donatio vt copioſſe *in 1. quæſt.* diximus per totam & præcipue *num. 27. 37. & ſeq.* Sed ſic eſt quod donatio cauſa mortis cum pacto non reuocandi fit irreuocabilis *leg. vbi donatur ff. de donat. cauſa mortis* Franchis *dec. 213. num. 6.* Dom. Couarr. *in rubr. de teſtam. 2. part. rubr. 2. num. 13.* Dom. Ludou. de Molina *de primog. lib. 4. cap. 2. num. 44.* Et ex Mieres, Ant. Gom. Angul. & alijs Dom. D Ioann. del Caſtillo *lib. 5. controuerſ. cap. 86. num. 45.* Ergo multo melius fit irreuocabilis talis melioratio per prædictum pactum poſterius? & quando poſt tantum tempus fuit præmeditata, & deliberata voluntas. Et ſic ita non dicetur melioratio facta in contractu matrimonij Ioannis, cum Maria, ſed pactum non

reuocandi

reuocandi meliorationem factam.

N. 82. Vltimoque, & euidentiſsime probatur. Nam ſi pater filiæ ſuæ in teſtamento legauit dotem, & potea ea nubente, & viuente patre, dedit in dotem ipſam quantitatem videtur dare animo compenſandi cum legato, vel relicto in teſtamento, *leg. Lucius la 1. 22. in ordine ff. de leg. 2* docet Iaſſ. *in leg. filia legatorum Cod. de legat.* late Corneus *conſ. 273. litera ī lib. 4.* & ex eis Baeça *de non meliorand. dot. rat. filiab. cap. 21. num. 24.*

N. 83. Imo ſi in teſtamento legata ſunt centum pro filia maritanda, & poſtea ipſa nubit, viuente, ac ſciente patre, & nihil in dotem dante, ex teſtamento petet ipſam dotem, vel ipſam quantitatem legatam, vt Oldrald. & Bart. *in d. l. Lucius*, Bald. *in leg. huiuſmodi §. cum pater, ff. de leg. 1.* Gulielm. Cuneus *in l. cum his, §. ſi mulier, ff. de condict. indeb.* idem Bald. *in d. l. filia, Cod. de legat.* Alex. *conſ. 7. n. 10. lib. 2.* & ex eis Baeça *prædicto in loco.*

N. 84. Ergo aſsignatio dotis in teſtamento, quando res, vel quantitas aſsignata in vita tradditur videtur vires adſtipulari ſibi, ex eodē teſtamento, & cum relatione ad illud, no ad contractum inter viuos, qui interuenit, quando res tradditur? Ergo eo ipſo videtur ad fauorem dotatæ filiæ oriri actionem ex tali aſsignatione dotis? Ergo multo melius in noſtro caſu, quando dicta melioratio facta in teſtamento (quæ manifeſtè conſtat fuit animo quod dicta Maria nuberet cum viro illuſtri, & competenti) approbata, & ratificata fuit à Petro, quando dictam Mariam in matrimonium collocauit Ioanni. Abſq; quod, propter hoc prætendatur trahere illud pactum originem à dicto matrimonij contractu. Sed à prædicto teſtamento, vt euidentiſsimè ex dictis patet?

N. 85. Et ſic, & noſtra reſolutio: quod talis melioratio tertij, & reſidui quinti, quod facta fuit in teſtamento non contemplatione matrimonij ad fauorem filiæ, poſtea dicta filia in matrimonium collocata, ſub pacto, & pro dote dictæ meliorationis, & cum clauſula eam non reuocandi valeat, & non ſit lege Matriti prohibita. Quia eius origo attendenda non conſummatio actus. Et ſic quod dicatur melioratio ex teſtamento, ex quo initium accepit, non vero facta inter viuos denomineetur in contractu matrimonij, quamuis ab illo irreuocabilitatem capiat.

QVAES-

# TERTIA QVAESTIO.

AN Lex Matriti prohibeat meliorationes factas ad fauorem filiarum in contractu matrimonij, & an lex noſtra obſeruetur, & obſeruanda ſit? Et negatiuè reſpondetur. Et contra Baeçam, & ferè omnes DD. defenditur per legẽ Matriti meliorationes factas in contractu matrimonij ad fauorem filiarum non eſſe prohibitas, imo legem ad eas inuitare. Vltra quod multos exceſſus in lege contineri, & illam non eſſe obſeruatam, nec obſeruandam.

## *SVMMARIVM.*

*Numerus Authorum attendendus. num. 1.*

*A communi opinione DD. non licèt recedere. num. 2.*

*Authoritas dicentis non attẽditur, ſed veritas dicti. num. 3.*

*Magni authores, & multi aliquando errant. num. 4.*

*Sapientibus abſconditum reuelatur paruulis. num. 5.*

*Sententiæ debent ponderari, non numerari. num. 6.*

*Authorum multitudo non attendenda. num. 7.*

*Ceſſat communis opinio quando in contrarium adeſt ratio, vel vnica opinio in fauorem matrimonij. num. 8.*

*Meliorationes factæ ad fauorem filiæ in contractu matrimonij prohibitæ videntur per leg. 1. tit. 2. lib. 5. recop. num. 9.*

*Contrarium eſt verius. num. 10. & per totam quæſt.*

*Dicta lex non ſolũ non prohibet tales meliorationes, ſed eas appetit. num. 11. & ſeqq.*

*Exceſſus dotium fuit cauſa principalior legis Matriti. num. 15.*

*Lex diſponit ſolum in dotibus exceſsiuis. num. 16. & ſeq.*

*Verbum* dictę *eſt repetitiuum ſimilium, & cum eiſdem qualitatibus. num. 18.*

*Fortiſsimum argumentum, quod deducitur à verbis ſuplicationis. num. 19.*

*Aprobatio vnius ex duobus propoſitis, eſt reprobatio alterius, & è contra. num. 20. & ſeqq.*

*Vna verba legis ſecundum alia intelliguntur. num. 25. & ſeq.*

*Hæc lex legitimam non tollit. num. 27. & ſeq.*

*In caſu omiſſo ſtandum eſt iuri cõmuni. num. 29.*

*Filiæ tota legitima in dotem debetur. num. 30.*

*Si lex voluiſſet expreſſiſſet. n. 31.*

*Lex fuit à prudentibus condita, & nihil ſine miſterio continet. num. 32. & ſeqq.*

*Legum correctio euitari debet. num. 36 & ſeq.*

*Lex*

*Lex æqualitatem amat.num.38.*

*Et ne legitimæ cæterorũ fratrum lædantur.num.39.*

*Eſt introducta intuitu maſculorum, & fœminarum. num. 40. & ſeqq.*

*Inter opiniones contrarias æquior ſequenda num.43.& ſeq.*

*Rem, quæ taxam excedit amittit pater, & quo modo? num.45.*

*Facilius iura noſtro conſeruamus, quã de nouo adquirimus n.46.*

*Vna, & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri.num.47.*

*Lex non præſcribit ſummam quã pater tenetur dare in dotem, ſed quam non debet excedere n.48.*

*Ponderatur Auendaño num. 49. & ſeqq.*

*Solutio ad verba,* que ninguno pueda dar, &c.*nu 53.& ſeqq*

*Dictio* y *latinè,* & *eſt coniunctiua diſimilium.num.64.*

*Verba* dar, y prometer, *quid ſignificent? num. 65.& ſeqq.*

*Ponderatur lex.1.tit.6.lib.5.recop.num.83.*

*Ponderatur lex 6. eiuſdem tituli. num.84.*

*Verbum* aliquis *Hiſpane* alguno *tam fœminas, quam maſculos cõprahendit num.85.*

*Et verbum* hijos.*num.86.*

*Et verbum* deſcendientes. *nũm. 87.& ſeq.*

*Argumentum à rubrica fortiſſimum.num.89.*

*Inſtitutũ nouæ recopilationis fuit corrigere leges, contrarietates tollere, & ſub ſuis titulis collocare.num.90.& ſeq.*

*Qui eam confecerunt.num.92.& ſeqq.*

*Ex lege Matriti multæ inæqualitates.num.103.& ſeq.*

*Dos debet dari ſecundum patris facultates. num.105.& ſeqq.*

*Non concurrit legis diſpoſitio in illo, qui redditus annuos non habet num.110.& ſeqq.*

*Repræhenditur Baeça. num.117. & ſeq.*

*Clauſula annullationis pactorum, contractuum, &c. in lege, eſt circa iocalia, non circa meliorationes.num.119.*

*Quod nullum eſt nullum poteſt producere effectum.nu.121 & ſeq.*

*Pronomen* eſta la tiene *hoc, eſt demonſtratiuum rei præſentis.nu.123.et ſeqq.*

*Ceſſat lex quando pater adquirit generum nobilem, et diuitem. n.126.et ſeqq.*

*Filiæ permittitur per ius commune vltra legitimam in dotem dari. num.130.*

N. 1. IN hac quæſtione communem ſenſum Doctorum in contrariũ inuenimus, itaque iam audio quod numerus Authorum eſt attẽdendus; & non minus ad aures peruenit meas Imperator Theodoſius *lib.1.cap.4.de reſponſis prudentum leg.vnic.* ibi: *Vt ſi diuerſæ proferantur ſententiæ potius numerus vincat Authorum.*

N.2. Et quod nefas ſit à communi opinione recedere, cum ab ea in iudicando, & conſulẽdo non ſit recedendum leg. *quæſitum § ſed ſi*

*fundus ff. de fundo inſtructo* ibi: *Quam ſententiam quotidie creſcere, et incaleſcere videmus leg. 1. verſ ſane crebrior ff. de offic. quæſtor. leg. pro hærede §, Papinianus ff. de adq. hæred.* Auiles, *in cap. 1. prætor. nu.* 15. & multa tradita à Ceuallos *in præfat. commun opin. num.* 30. 31.

N.3. Sed Diuus Auguſtinus de Libris Diui Cipriani. Sic ait *quod in eis diuinarum ſcripturarum authoritati congruit, cum laude eius accipio, quod autem non congruit cum pace eius reſpuo; quid reffert ò Socrates inquit Plato, ex quo audiuerim? nihil profecto; neque enim conſiderandum quis dixerit, ſed vtrum verè dicatur* faciunt *leg. vulgaris §. ſi quis es ff de furt leg. fin. ff. de crimin. expil. hæred.* D. Ioſeph. Ludouic *dec. lucenſi 29. num.* 86. Petr. Roi. Maureus *dec. lituanica* 5. *nu.* 326.

N.4. Et Quintiliano auſpice liceat mihi cum illo dicere. *Neque id ſtatim legenti perſuaſum ſit, omnia, quæ magni Authores dixerunt, vtique eſſe perfecta: Nam et labuntur aliquando, & oneri cedunt, et indulgent ingeniorum ſuorum voluptati, nec ſemper intendunt animum, et non nunquam fatigantur, cum Ciceroni dormitare interim Demoſthenes, Horatio etiam Homerus ipſe videatur. Summi enim ſunt homines, tamen accidit his, qui quidquid apud illos repererunt, dicendi legem putant, vt deteriora imitentur (id enim eſt facilius) ac ſe abunde ſimiles putent, ſi vitia magnorum conſequantur.*

N.5. Et vt dicit ſacra pagina apud Mathæum, *cap.* 11. *D. confiteor tibi pater, Domine cæli, et terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, et reuelaſti ea paruulis,* & apud, *exod. cap.* 18. Ietro quidam Sacerdos Moiſi ſapientiori multa edocuit ad regimen populi ſui, & erat Moiſes prudentiſsimus dux, cui populus à Deo erat commendatus. Et vt Ouidius,

*Sæpe necat morſu ſpatioſum vipera taurum,*
*A cane non magno ſæpe tenetur aper.*

N.6. Non ne enim vſque hodie potuit accidere, vt in noſtra ſententia adoptetur quærella Plinij Iunioris ad Trajanum, quod ſententiæ numerarentur? ad quod faciunt Pinell. *in leg.* 2. 1. *part. cap.* 3. *num.* 30 *Cod. de reſcindend. vendit* Alciat. *lib.* 9. *parergon. cap.* 14. Nauarr. *in manuali cap.* 2. *num.* 299.

N.7. Et vt ait text. *in leg* 1. *§. ſed nec ex multitudine Cod. de veteri iure enucl neque ex multitudine Authorum, quod melius, et æquius eſt iudicatore, cum poſsit vnius forſam, et deterioris ſententia, et multos, et maiores in aliqua parte ſuperare* quem ad propoſitum appellat ſingularem Abb. *in cap.* 1. *num* 15. *de conſtit.* Barbacia *in leg. ſi dare ſtipuletur col.* 10 *ff de V. O. Et in rubr. Cod. qui admitti col.* 3. Iaſſ. *in auth. nouiſsima num.* 22. *Cod. de inoff. teſtam.* Et dicit meliore iuris Anton. Gom. *in leg.* 1. *tauri nu.* 9. faciunt. *cap. capellanus de ferijs Clem. vnic. §. fin. de ſumm. Triuit. et fide,* &c.

Et

N.8. Et qualiter cunque conſideretur ceſſat communis opinio quan do in contrarium adeſt ratio fortis, & vehemens *leg. ſcire oportet § aliud ff. de excuſ. tut* Imol. *in Clem. ne Romani num. 3. & 4. de elect.* & Ceuallos *in dict. præfat. num. 22.* Vel quando eſt in fauorem matrimonij, nam tunc opinio vnica præualet communi Zaſius, *conſ. 2. num. 83. vol. 2. conſ. 40 num. 11.* Barbacia *conſ. 6.*

N.9. Ex quibus motus audeo ad hanc quæſtionem accedere. In qua omnes vſque adhuc ſcribentes ſine ſcrupulo affirmant per legem Matriti meliorationes ad fauorem filiarum factas inter viuos in contractu matrimonij eſſe prohibitas. Audio enim Theologos bene dicentes Iuriſtas ſicut capras ſaltantes eſſe, nam vbi vna primam lineam deſignat, omnes ſequuntur. Et ſic in hac quæſtione nullus dubitat, diſputat nemo, & excepto Auendaño, omnes tranſeunt. Vnde pro ea, & authoritas dicentium adeſt, & verba legis. Ex quibus moti ſunt ibi in lege. *Y mandamos que ninguno pueda dar, ni prometer, por via de dote, ni caſamiento de hija, tercio, ni quinto de ſus bienes; ni ſe entienda ſer mejorada tacita, ni expreſſamente por ninguna manera de contracto entre viuos.*

N.10. Sed, & verbis legis, & authoritate communis oris Doctorum, excepto Auendaño, nihil me mouentibus, ſalua tantorum virorũ honorificentia (iuxta ea quæ ex admonito eiuſdem diui Auguſtini habentur *in cap. neque quorum libet diſputationes diſt. 9.*) audeo affirmare, defendereque con labor ex illa lege Matriti non prohiberi tales meliorationes factas in contractu matrimonij ad fauorem filiarum, imo ad eas inuitare textum, vt ſalua tantorum Doctorum authoritate manifeſte conſtabit; & rogo lector, humiliterque obſecro, ne te moueat authoritas, ſed ipſa veritas. Vt cum diuo Auguſtino, *Neque enim conſiderandum quis dixerit, ſed vtrum vere dicatur.* Et cum principalior patronus huius ſit opinionis Baeça *per totum tractatum de non meliorandis dotis ratione filiabus* præcipue *per totum caput. 3.* diſcurrere nobis in hoc licebit per fundamenta, & doctrinas eiuſdem Baeçe; cum viam ferro apperiat, qui per contraria argumenta tranſit, vt ait Bald. *in l. ex præcibus num. 33. Cod. de impuber.* Et Paul. Lopet. Valentinus *de vera quatuor patriarchalium ſede cap. 3. num. 4.*

N.11. Probamuſque noſtram reſolutionem euidentiſsime ex eadem met Matriti lege. Nam cum ſuplicatio regni fuiſſet. *Otro ſi ſuplicamos a V. M. que las dotes que en eſtos Reynos ſe dieren, no puedan ſer mas de la legitima que le vernia à la dotada, ſi entonces ſe partieſſen los bienes del dotador,* reſolutio fuit. *Que el que tuuiere ducientas mil marauedis de rẽta, y dende arriba, haſta quinientas mil marauedis, pueda dar en dote a cada vna de ſus hijas legitimas vn quento.* Et ſic proſequitur

faciendo

faciendo taxam reſpectu redituum bonorum patris.

N.12. Cenſus ergo tunc erant impoſiti mille pro decem millia. Nam lex Matriti fuit promulgata per Dom. Imperatorem, & Reginam D. Ioannam anno 1534. & reducti fuerunt cenſus mille pro quatuordecim millia per Dom. Philippum II. anno 1563. *ex leg. 6. tit. 15. lib. 5. Recop.* & accenſi ad mille per viginti millia per Dom. Philippum III. anno 1608. *ex leg. 12. d. tit. 15. lib. 5. Recop.*

N.13. Vnde ducenta millia marapetina redituum correſpondebant, principali viginti centum millia (quod Hiſpano ſermone vocatur *dos quentos.*) At vero lex nō diſtinguit, ſi pater duos, aut quatuor, aut duodecim filios habeat, aut vnica ſit filia, cæteri maſculi, vel vnus maſculus cæteri filij fœminæ; ſed abſolute taxando dotes cuicunque patri facultatem dat, cùm ducenta millia marapetina in redictibus habeat, dare cuiuſcunque filiæ ſuæ in dotem decies centum millia, quod eſt *vn quento.*

N.14. Ergo ſi ſex filios habet, & duas filias, & vnicuique filiæ dat ſimilem dotem, nihil ex patris facultatibus reliquis remanet? Ergo per prædictam legem non ſolum non prohibentur meliorationes factæ filiabus in contractu matrimonij, ſed ipſa lex ad eas inuitat parentes? Solum enim metam deſignauit dotibus, de meliorationibus immemor, taxā ponit, & cum taxa obſeruetur, meliorationes non reprobauit. Et idem argumentum eſt in promptu hodie, & ſemper, vel accenſis, vel diminutis reditibus cenſuum, nam eorum reſpectu poteſt, atque idem fieri argumentum.

N.15. Probatur Secundo, ex illa lege: Suplicatio fuit, quod dotes *no puedan ſer mas de la legitima que le vernia a la dotada, ſi entonces ſe partieſſen los bienes del dotador.* Hoc eſt ob euitandos exceſſus dotiū exceſsiuarum; nā hic exceſſus fuit cauſa principalior legis, vt notat Azeuedo, & recte *in l. 1. num. 1. tit. 2. lib. 5. recop.* Quibus attentis, & conſideratis damnis, quæ ex dotibus exceſsiuis ſequebantur taxam definit lex, ibi: *Atentavueſtra ſuplicacion, y la deſorden, y daños que ſomos informados de las dichas dotes exceſsiuas, &c.*

N.16. Ergo ſolum lex diſponit in dotibus exceſsiuis? Ergo in non exceſsiuis non diſponit? Ergo illam apponēdo taxam, ſolum illius legis diſpoſitio fuit, quod in caſibus, in quibus à legitima filiæ per dotem eius excederetur, illo exceſſu perpenſo, taxa illa obſeruaretur? Ergo iam non ſolum meliorationes non prohibentur, imo potius ad eas inuitatur per legem Matriti, dummodo taxa non excedatur illius.

N.17. Probo Tertio. Nam cum Princeps, & lex de dotibus exceſsiuis tractaret, ſi in ſua deciſione omnes, & cuiuſcunque conditionis, dotes comprahendere voluiſſet, dixiſſet, quod in dotibus illa taxa obſer-

obſeruaretur, & ſic generaliter loqueretur, ſed non dixit niſi in caſu ſpeciali. *Y fue acordado que de aqui adelante en el dar, y prometer de las dichas dotes, ſe tuuieſſe la manera, y orden ſiguiente, &c.* Ergo, &c.

N. 18. Verbum enim *dichas*, latine *dicta*, eſt repetitiuum, & relatiuum præcedentium, & cum omnibus ſuis qualitatibus Bart *in leg. talis ſcriptura ff de leg.* Ægid Bellam. *conſ 32. in pr.* Socin. *conſ. 21. breuiter conſultatio in pr. lib. 2.* Paris. *conſ. 1. num. 131. conſ. 21. num. 37. vol. 1. conſ. 31. num. 26. conſ. 86. num. 36. vol. 2.* Menoch. *conſ. 4. num. 27. conſ. 86. num. 43.* Petrus Surd. *conſ 163. num. 14. & conſ. 313. num. 40.* Ioſeph Seſſ. *Aragon. deciſ. 185. num. 109.* & ex infinitis Tuſch. *pract. litera D. concluſ. 266.* Brunorol à Sole *in locis commun. verb. dictio num. 7.* Auguſt. Barboſſ. *de diction. vſufreq. dict. 87.*

N. 19. Animaduertereque Baeça poterat, quam fortiſsimum in iure ſit argumentum quod deducitur à verbis ſuplicationis, & decreti, cũ frequenter ille eo vtatur. Vt ex eo diximus *in 1. quæſt. ſupra num. 18.* Vltra quod ſuplicatio fuit, quod dotes moderarentur, & moderarentur vſque ad legitimam; & in hoc caſu dotium exceſsiuarum iubetur taxa obſeruari. Ergo cum duo peterentur, & moderatio, ſiue taxa, & quod fuiſſet vſque ad legitimam conceſſa taxa, vel facta à lege, omiſſo quod non excederent dotes legitimam, videtur hoc fuiſſe ſupplicantibus negatum? vel, vt melius dicam, concedere meliorationes dum taxam legis non excederent?

N. 20. Pondero ad hoc apud Sacram paginam *Ioann. cap 8.* nam cum Iudæi Domino Saluatori noſtro dixiſſent. *Non ne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes* ille reſpondit. *Ego dæmonium non habeo*, ex quibus verbis Diuus Gregor. *homil. 18.* qui eſt canonizatus *in cap. non ne 5. de præſũpt.* põderat *duo quippe ei illata fuerunt vnum negauit, aliud tacendo conſenſit.* & poſtea: *Sed tacuit, quod recognouit, & patienter repullit, quod dictum fallaciter audiuit.*

N. 21. Pondero etiam textum *in leg. Tribunus 20. §. vnic. ff. de teſtam. milit.* ibi: *Cum aliquis, facto teſtamẽto, militare cæperit, id quoque teſtamentum, quod, ante quam militare cæperat, fecerat, aliquo caſu intelligitur militiæ tempore factum, veluti ſi tabulas inciderit, & legerit teſtamentum, ac rurſus ſuo ſigno ſignauerit. Amplius ſi, & aliquid interleuerit, perduxerit, adiecerit, emmendauerit: quod ſi nihil horum inciderit teſtamentum eius ad priuilegia militum non pertinebit.*

N. 22. Nam aprobatio vnius ex duobus propoſitis videtur includere reprobationem alterius, & è contra, velate Barboſſ. *in leg. cum prætor 12. in pr. num. 37. 53. & 54. ff de iudic.* Petr Surd *dec. 195. num. 3.* Dom D. Ioan. de Eſcouar del Corro *de puritat. & nobil. prob. 1. part quæſt. 13. §. 3. num. 32.*

N. 23. Et is, qui in certo caſu ſibi prouidit, videtur voluiſſe vt contrarium

 in caſu

in caſu omiſſo obſeruaretur *leg. cum tale §. fin. ff. de cond & dem. leg.* et *ſi ſine §. ſed quod Papin.* & ibi Alberic. & Bald *ff. de minor.* Bald. *in leg. fin. num. 11. verſ. quinto. Cod de eden.* Paul. Caſtrenſ. *conſ. 455. in fin. & conſ. 472. num. 1. lib 1* Socin. *conſ. 117. ad fin. lib. 1.* Oldrald. *conſ. 73. num. 4. verſ. præterea.* Et eos ſequendo Petr. Barboſa loco relato.

N. 24. Vnde idem Bald. *in d. leg Tribunus* Quod detrahens non nulla videtur confirmare cætera. Et cum Iaſ. ibi, quod caſſans aliqua videtur aprobare quod non caſſus, & Bart & Iaſ. *in leg. legata inutiliter in fin. ff. de leg. 1,* quod ſi Comes cui plura fuerũt propoſita quædam reprobet, cætera omiſſa confirmare videtur. Docentque Roland *conſ. 61. num. 11. & ſeq. vol. 3.* Beccius *conſ. 55. num. 11. & ſeqq.* & Petr. Surd. loco relato.

N. 25. Probo Quarto: ex doctrina eiuſdem Baeçe *cap. 9. per totum*, pręcipue *num. 3.* vbi in terminis huius legis ponit quæſtionem an filia vnica meliorari poſsit in contractu matrimonij, & affirmatiue reſoluit. Nam quanuis dicat lex, quod nullus pater poſsit dare in dotem tertium, nec quintum ſuorum bonorum. Dicit etiam lex *a cada vna de ſus hijas.* Et quod ſic verba *ninguno* intelliguntur ſecundum illa *a cada vna de ſus hijas*, vnde præſuponit eſſe alios filios.

N. 26. Ergo quanuis hic textus loqueretur de dotibus, & illarum taxa, quanuis ſolum de dotibus generaliter textus loqueretur, intelligendus erat de dotibus exceſsiuis, ſecundum verba antecedentia? quanto magis cum verba ſint clara, & per verba repetitiua *de dichas dotes?*

N. 27. Probatur Quinto: Nam lex Matriti legitimam non tollit; vt idem Baeça *cap. 2. num. 39.* At vero ſi taxa intelligenda eſſet in pręiuditium legitimæ filiæ dotatæ, iam contra legitimam eſſet, ſi hæc maioris eſſet valoris, quam taxa. Ergo lex ſemper ſupoſuit libertatem in patre dotandi filiam in ſua legitima; & taxã nullatenus in hoc caſu concurrerre, ſed ſolum in caſu, in quo dos legitimã excederet, quia tunc voluit lex, quod poſſet excedere, dummodo taxæ terminos non tranſcenderet?

N. 28. Probatur Sexto: Nam ſuplicatio non continet, quod filiæ præiudicetur in ſua legitima, nec lex talia diſponit, cum ſolum dicat *atenta vueſtra ſuplicacion, y la deſorden, &c.* Non præfiniendo taxã quando legitima detur, ſed quando ab ea excedatur, & tunc non prohibet, quod ratione dotis aliorum legitimis lædatur, ſed quod taxa obſeruetur.

N. 29. *Et cum caſus omiſſus, nec enim ei quadrant verba, vel ratio legis ſtãdum eſt diſpoſitioni iuris communis,* vt ſunt verba eiuſdem Baeçæ *cap. 13. num. 10.* Et quod ſint ius cõmune leges regni. Eſt conſtans

doctrina

doctrina DD. vt Matienço in dialogo relatoris 3. part. cap. 34. num. 3. & in leg. 1. gl. 5. tit. 2. lib. 5. recop. & communiter omnes.

N. 30. Imo per ius commune debetur filiæ in dotem tota ſua legitima auth. res quæ Cod. commun. de legat. auth. de reſtit. & ea quæ parit. §. quā ob rem. coll. 4. Idem Baeça cap. 1. num. 1. Imo poteſt meliorari, vt auth. de triente & ſemiſſe. & expræſſe per legem 22. tauri.

N. 31. Probatur Septimo. Nam, ſi lex voluiſſet in taxa compræhendere legitimas filiarū, expreſsiſſet. cap. 2. de tranſlat. prælat. cap. ad audientiam 2. de decim. leg. ſi ſeruus §. prætor ait, verſ. non dixit ff. de adq. hæred. & melior text. in leg. vnic. §. ſi autem ad deficientis Cod. de caduc. toll. Menoch. conſ. 1. num. 178. & conſ. 140. num. 4. Surd. conſ. 245. num. 45. & dec. 88. num. 4. dec. 322. num. 22.

N. 32. Quis enim legem à tot prudentibus conditam, ad rei publicæ inſtaurationem, credat aliquid continere, quod non magnopere obſeruatum, expenſum, & conſideratum ſit? vt liceat mihi exclamare cum verbis eiuſdem Baeçę cap. 20. num. 6. Maximè cum ſit condita a prudentibus, vt idem ponderat. cap. 1. num. 33. cap. 37. num. 1.

N. 33. Imo eadem lex ſic affirmat. ibi Mandamos a los del nueſtro Conſejo, que vieſſen, y platicaſſen ſobre ello. Y aſsi meſmo lo platicaſſen, y comunicaſſen con las nueſtras Audiencias, y con vos los Procuradores de Cortes, y otras perſona de experiencia, las quales platicaron ſobre ello, y lo conſultaron con migo el Rey, y fue acordado, &c.

N. 34. Maximæ enim eſſet culpæ, ſi poſt tot conſultationes, ſi poſt tantorum virorum indagationes, ſi tota legitima filiæ dotatę non poſſet dari, ſi vltra taxam eſſet, cum nec hoc in ſuplicatione contineretur; ſi derogandum eſſet iuri communi, & leg. 22. tauri. Hoc omne in prædicta lege Matriti non explanaretur?

N. 35. Quid enim maioris notæ dignū, ſi in tali caſu, ſi talia legis eſſent mentis, quod per verba clara nō dictaret; iubens quod nulla dos excedere poſſet taxam, quanuis taxa legitimam non excederet? Imo hoc eſt potius, loquente lege per verba limitata, & reſtricta, quod moderabat dotes, & hoc non omnes ſed las dichas. Et referē te ſe ad alia verba exceſiuas, quæ erant in ſuplicatione compræhēſa, & in cauſa finali legis, ibi: Atenta vueſtra ſuplicacion, y la deſorden y daños que ſomos informados, que ſe han recrecido, y recrecen de las dichas dotes exceſsiuas, mandamos, &c.

N. 36. Probatur Octauo. Quia legum correctio euitari debet, vt idem Baeça cap. 20. num. 12. Qui poterat huius doctrinæ, ſicut & cæterarum non eſſe oblitus cum contrariam ſententiam teneat. Et quod ea ſententia probanda eſt, per quam reddimus ad ius commune, à viris prudentiſsimis elucubratum; euitanda eſt enim legum correctio. Vt ſunt verba eiuſdem Baeçę cap. 9. num. 54.

N.37. *Et hæc opinio probabilis, & æqua videtur, præſertim quod reddimus ad ius commune, & comertium, & nuptias augemus, & videtur deficere ratio, & mens huius legis:* Quæ ſunt verba eiuſdem Beaçæ *cap. 10. num. 72.*

N.38. Probatur Nono: Nam, quod lex apetit magnopere, eſt, quod nec excludatur filia, nec deterioris ſit conditionis, quam filij vt idem Baeça *cap. 2. num. 31.* At vero ſi taxa fuiſſet obſeruanda quãdo filiæ legitima eam excederet, iam non fuiſſet lex diſpoſita, ad euitandas dotes exceſsiuas, & ne damna in ſuis legitimis cæteri filij acciperent, ſed fuiſſet maxime lex promulgata in odium filię, & in præiuditium ſuæ legitimæ; nam, vt inquit idem Baeça *cap. 36. num. 11 cum hæc lex æqualitatem inter filios ſeruare vellit, eſſet profecto ſumma iniquitas minuere legitimam filiæ dotatæ, ex eo, quod maiorem dotem acceperit, quam hic præfinitur.*

N.39. Probatur Decimo: Nam per hanc legem ſolum legitimæ aliorum conſulitur, ne plus quàm legitimam filia dotata capiat vt idem Baeça *cap. 2. num. 23. & 24. cap. 12. num. 41. cap. 15. num. 9. cap. 19. num. 10. cap. 36, num. 6.* Et ſi eius diſpoſitio intelligenda eſſet, vt affirmat Baeça, non diceretur lex promulgata conſulendo legitimæ cæterorum fratrum, ne in eorum præiuditium dos daretur; ſed in odium filiarum, ſuarumque legitimarum in præiuditium quod omninò abſit, vt iam diximus.

N.40. Probatur ſimiliter & Vndecimo. Quia dicta lex eſt promulgata intuitu, & fauore fratrum, tam maſculorum, quam feminarum vt idem Baeça *in dictis locis & cap. 2. num. 23. in med. cap. 5, num. 21. cap. 6. num. 5. & multis ſeqq. cap. 7. num. 12. cap. 9. nu. 25. cap. 10. num. 6. 13. & 47. cap. 12. num. 45. cap. 13. num. 6. & 12. cap. 14. num. 14. & 17. cap. 19. num. 8. cap. 36. num. 7.* Ergo iam non fuiſſet decidendi hæc ratio, ſed ſolum promulgata diceretur lex in fæminarum odium? Et, quod maioris põderationis eſt dignum, in odium matrimonij; caſſando, derogando, & annullando tot atque tanta matrimonij, & dotium priuilegia, vt omnia iura decantant?

N.41. Vltra quod laudanda eſt lex hæc, quia æqualitatem procurat vt idem Baeça *cap. 2. num. 36. & 39.* Et iam non obſeruaretur æqualitas ſecundum Baeçæ intelligentiam. Sed imo inęqualitas: quibus, meo videri, non poteſt dari ſatisfactio. Et ſic liceat mihi ad Baeçam dicere, quod ille de alio ſcriptore dixit. *cap. 9. num. 36. legi, quæ vir ille ſcripſit de hac re, mihi autem ſua nondum perſuaſit, tantum affert acclamationes, non reſpondet.*

N.24. Etſi aliquis contra me retorqueat, quod, vt à nobis põderatur, iam non datur æqualitas inter filios per hanc legem. Facillimo negotio diluemus. Nam ſolum vtimur Baeçæ prædictis doctrinis,

vt

vt per eas ipſas ille conuincatur: vt illi dicam illud prouerbium *incidit in foueam, quam fecit*; vel cum Ouidio.

*Remigiumque dedi, quo me fugiturus abires,*
*Heu patior telis vulnera facta meis.*

Suplicatio enim regni fuit, vt ęqualitas ſeruaretur, ſed diſpoſitio legis in parte conceſsit, vt extra taxam non fieret; in parte negauit, dum intra taxam dos daretur, quanuis legitima excederetur.

N. 43. Et vltra ponderatur: Nam inter Auendañum, & Baeçam, cuã do pro illo non tot adeſſent fundamenta, *Ea opinio probanda, per quam fratres ad æqualitatem rediguntur*, vt idem Baeça, *cap 9. num. 43. & 82. Et certè, quando res eſt ambigua, & magnis vtrinque authoribus communita, ei parti, quæ Chriſtianam lenitatem, ac manſuetudinẽ magis ſapit me acommodabo*, vt idem Baeça *cap. 5. num. 32. Neque enim Doctorum placita aduerſus charitatem admittenda ſunt*, vt idem Baeça, *cap. 8. num. 28.*

N. 44. Quæ equidem iniuſtior res, quod cum mens legis ſit ne cæteris iniuria filijs fiat, & aliquo modo æqualitatem ſolicitans ex parte cæterorum, ne damnum patientur ex ſororis dote, damnum fieret ipſi dotatæ: eſſet equidem *inter eos inæqualitas, & minueretur legitima filiarum; & quod vna via prohibetur, alia efficeretur, quod admittendum non eſt*. Quę ſunt verba Baeça *cap. 6 num. 12 verſ. rurſus.* Vnde & iam ei dicere poſſumus, quod de alio dixit: *Idem cap. 9. n. 98. Equidem, ſi fas eſt, tantæ eruditionis accuſſare virum, vim facit legi, & eius verba detorquet ad ſuum ſenſum.*

N. 45. Probatur Duodecimo: Nam in ipſius met Baeça ſenſu, & dato quod taxa obſeruanda, & dotes moderandæ eſſent, etiam ſi non excederent filiarum legitimas, dum, & taxæ metam tranſirent, res quæ excederet compræhenſa in illis legis verbis, *Lo que demas de lo aqui contenido diere, o prometiere lo aya perdido, y pierda*, vt Baeça affirmat *cap. 6. num. 12. verſ rurſus & cap. 36. num. 11.* & nos diximus *in 1. quæſt. à num. 56. & ſeqq.*) Veniret diuidenda inter omnes filios, inter quos & filia dotata computatur. Ita vt veluti dominium eius rei amittente patre, vt non poſſet libere de ea re diſponere, ſed per eius obitum, æqualiter inter filios diuidetur. Ergo ſi hæc pars filiæ reſtituenda eſſet, ad quid ergo ab ea auocanda?

N. 46. Cum facilius iura noſtra conſeruemus, quam de nouo acquiramus *leg. ſi ita ſcriptũ §. 1. leg ſi ita ſcripſiſſet ff. de leg. 2. leg. qui antẽ in pr. ff. de his, quæ in fraud. credit. leg. 1. §. ait prætor ff de ſuperficieb leg. iudex datus ff. de iudic. leg. Papinianus §. ſi filius ff de in off. teſtam. leg. ſeruus Cod. de pact.* Dec *conſ. 269. num. 8. in fin.* Surd *conſ. 351. num. 38.* Alex *conſ. 196. viſis num. 5 lib 7.* Anton. Gom. *in leg. 22. tauri num. 19.* Ex quam plurimis Brunorol a Sole *in locis commun.*

M *verbo*

verbo ius nu.21.Cardin.Tuſch.pract.littera F.concl. per totã Aug. Barboſſ.axiomat.iur.135.num.1.& 2. Ergo taxa imponitur quando eſt exceſſus legitimę,non quando dos legitimam non excedit, quanuis vltra taxam ſit?

N.47. Et ſemper debet haberi pro diſpoſito id, quod legislator diſpoſſuiſſet ſi de eo fuiſſet interrogatus vt idem Baeça *cap.9.nu.88.* & vna,eademque res non debet diuerſo iure cenſeri,vt idem Baeça *cap.5.num.35.* Cum igitur per prædictam legem prætendatur fauor legitimarum, maximum eſſet abſurdum ſi ex eo ipſo legitima filiæ dotatæ læderetur. Maxime cum patri maiori dilectione affecta iudicetur. Et cum eſſet etiam in præiuditium mariti, qui alias tale non contraheret matrimonium.

N.48. Probatur Decimo tertio: Nam lex non præſcribit ſummam, quam pater tenetur dare, ſed quam non debet excedere vt idem Baeça *cap.1.num.31.verſ. meminiſſe, & num.32.& cap.11. num.161.* Ergo lex ſolum præſcripſit taxam exceſſui, non vero legitimæ? quod recognouit idem Baeça *cap.4.num.6.* & quod propter hoc taxa dotium in ducta fuit vt idem Baeça *cap.7.num.34.*

N.49. Vnde concludo cum authoritate Auendaño noſtram vnici opinionem tenentis *de exequend.mandat.cap.14.num.5.* qui *num.6. Et in quantum non nulli autumant dictum caput 101.loqui generaliter in omnibus parentibus,& quod hodie cauſa dotis non poſſint filiæ meliorari, ſed aſsignare eis in dote tantummodo legitimam, non recte intelligunt illam legem,quia,vt ſupra dixi, loquitur eo tantum caſu,quo ex aſsignatione reſultaret dos exceſsiua,& immoderata vltra taxam illius legis: Nam ſi ſolummodo eſſet danda ſola legitima in dotem filiæ, nunquam ex conſtitutione ſolius legitimæ poteſt oriri caſus,in quo dos ſit exceſsiua. Imo ſi ſemel vſque ad legitimam conſtitueretur, & poſtea augerentur facultates debetur ſuplementum legitimæ filiæ dotatæ,vt probat Thom.Grammat.in dec.57. Nam vſque ad legitimam conſtituere filiæ dotem,neque eſt prohibitum,neque eſt quid exceſsiuum. Vt notant communiter DD.& per multa iura & authoritates ita probat Alex.in 2. vol.conſ.7.& per Thom.d.dec.57.num.40.& melius per Socin.in 2. vol.conſ.188.num.15.*

N.50. *Quod cum hoc ſit veriſsimum, ſequitur ex eo,quod ſi non vltra legitimam liceret dotare filiam,eo ipſo eſſet fruſtra taxa, de qua in iſta lege, quia in legitima non daretur exceſſus,ſed neque in tertio bonorum: Nam eſt legitima reſpectu extraneorum,ſecundum Roderic.&c.*

N.51. Et poſtea idem Auendaño *num.7. Tamen hodie, etiam in legitima ſua dotata diceretur dotem exceſsiuam recipere,ſi recipit vltra ſummam taxatam. Si autem non exceditur taxa, de qua in iſta lege, bene poteſt dari filiæ dos,etiam vltra legitimam,neque illud dicitur exceſſus,& ſic in*

*tali*

tali caſu non dato exceſſu bene licet filiam in tertio, & quinto ex cauſa dotis meliorare, neque hoc prohibet dicta lex 101.

N. 52. Neque eſt vllo modo dicendum, aut credendum Regem voluiſſe prohibere meliorationes tertij, & quinti amore filiorum maſculini generis, prout ineptiſsimè dixit Celſus in ſuo repertorio ad leges Regias in parte dotes. Nam hoc, nec ex verbis, neque ex ſententia dictæ legis 101. colligitur.

N. 53. An inaduertit elegãtiſsimè, & copioſius põderat Anedaño, Sed nõ ſufficiẽter dictæ legi Matriti ſatisfacit. Nã opugnant maxime illa verba, *Y mandamos que ninguno pueda dar, ni prometer por via de dote, ni caſamiento de hija, tercio, ni quinto de ſus bienes, ni ſe entienda ſer mejorada tacita, ni expreſſamente.* In quibus copioſsè ſuam opinionem ſtatuit Baeça *per totum tertium caput.*

N. 54. Quibus verbis ſatisfit, quod illa generaliter non locuuntur, quod nullo in caſu poſsit pater in dotem dare, nec promittere tertium, nec quintum bonorum ſuorum filiæ ſuæ. Sed ſolum loquitur in caſu in illa lege relato, vt per eamdemmet legem manifeſto conſtat. Cuius eſt verus ſenſus, quod pater in dote, quam vnicuique filiæ ſuæ præſtauerit, ſi legitimam eius excederit, taxam in lege contentam non excedat. Prohibendo quod titulo tertij, & quinti a taxa excedatur, Sed bene enim poterit dos legitimam excedere, & ſic in ea filia meliorrari in tertio, & quinto ratione dotis in ea parte, quæ cum legitimam excedat, taxæ limina non trãſeat. Vt euidentiſsime ex iam dictis probatur, & ex dicendis conſtabit.

N. 55. Et quantum ad hunc diſcurſum probatur Primo: Nam, ſi noſtra lex non loquitur de omnibus dotibus, ſed ſolum de dotibus exceſsiuis, & his ſolum taxam appoſuit; dictam clauſulam *Y mandamos que ninguno puede dar, ni prometer por via de dote tercio, ni quinto, &c.* clarè conuincitur intelligi in caſu, quo à dicta taxa excedatur, non quando ab ea non exceditur quanuis vltra legitimam filia dotata capiat. Nam, ſi alio modo vellimus intelligere, concedere erit neceſſe quod, vel dicta clauſula eſt ſuperflua, vel quod eſt dicta taxa, & legis noſtræ diſpoſitio.

N. 56. Probatur Secundo: ibi in lege. *Y mandamos.* Dictio enim y. latinè *&*, eſt coniunctiua Ergo omnia ad eundem finem, & caſum dirigit? Probaturque magis, nam in primo caſu prædictæ taxæ lex pænam non apponit, nec aliquid diſponit in caſu contrauentionis dictæ taxæ; & poſt illa verba, *Y mandamos, &c.* dicit *ſo pena que todo lo que demas de lo aqui contenido diere, o prometiere, ſegun dicho es, lo aya perdido, y pierda.* Ergo cum omnia ſub vna contextura cõpræhendantur, hoc alia ratione non eſt, niſi quia intelliguntur

omnia

omnia vni is, atque eiuſmodi caſus eſſe, & eſſe prohibitionem dictā meliorationis tertij, & quinti in caſu ſpeciali illius legis, quod eſt, quādo ratione huius tituli prętenderetur exceſſus à taxa præſcripta, non quando dum limites eius obſeruarentur, vltra legitimam dos ſe haberet?

N.57. Probatur Tertio: Nam ſi ſecundum ſupplicationem venit intelligenda legis deciſio, Supplicatio non fuit circa meliorationes, nec quæſtio legis circa eas verſatur, nec tale verbum in ſupplicatione profertur; Ergo illa clauſula: *Y mandamos, &c.* prohibitionis meliorationis tertij, & quinti, eſt in caſu illius legis, quod huius rei colore prætendatur taxam tranſgredi, non quando, ea ſeruata, per dotem legitima tranſgreditur.

N.58. Probatur Quarto: Nam ſi intentio legis fuerat tales prohibere meliorationes, iubendo inciperet eas non valituras, poſteaque taxam appoſuiſſet: quia ſi non ſolum non eſſet valitura melioratio in vlla parte, quod legitimam excederet dos, ſed vltra hoc taxa obſeruanda eſſet, incipiendum eſſet de minori ad maius, dicti ante lege, meliorationem ratione dotis filiæ non faciendam, & etiam taxam obſeruandam. Sed incipere à maiori prohibitione ad veniendum ad minorē eſſet profectò maximum abſurdum, & peſſima collocatio diſpoſitionis. Quod in mentem noſtram non poteſt incidere. Itaque facere prius taxam, & poſtea meliorationem tertij, & quinti prohibere, nihil aliud fuit, niſi dictare hoc in caſu, de quo lex loquebatur, qui eſt, quando meliorationis colore taxa tranſgredi prætenderetur.

N.59. Probatur Quinto: per eiuſdemmet legis verba; Nam illis verbis, *Y mandamos, que ninguno pueda dar, ni prometer por via de dote, ni caſamiento de hija tercio, ni quinto de ſus bienes, ni ſe entienda ser mexorada tacita, ni expreſſamente.* Sequuntur, & illa, *ſo pena, que todo lo que demas, de lo aqui contenido, diere, ò prometiere, ſegun dicho es, lo aya perdido, y pierda.* Ex quibus manifeſte conſtat, quod prohibitio illa meliorationis non fuit abſoluta, ſed in exceſſus euentu, & quando exceditur taxa à noſtra lege præfixa.

N.60. Et euidentiſsimè demonſtratur per illa verba, *Lo aqui contenido:* quibus adhuc hunc ſenſum ad maiorem demonſtrationem poſtea geminauit per illa verba, *Segun dicho es. Non ignorant igitur eruditi, quantum tribui ſoleat verborum repetitioni, ea enim, quæ geminantur, videntur maximè fuiſſe cordis legiſlatoris,* vt ſimilem ponderationis faciens, ſic ait Baeça *cap. 11. num. 97.*

N.61. Nec obſtant illa verba *Ninguno:* Nam quantūis generalia ſint, intelligūtur limitata per cætera legis verba, & loqui de illis perſonis, quæ in lege erant contentæ ſolum, & in caſu, vt loquitur

de

*de las dichas dotes excesſiuas*. Vt ponderat Auendaño loco relato.

N. 62. Et poterat memorare Baeça hoc fundamentum, & in his verbis ſuæ opinioni non conſtruere cum in *cap. 9. per totum*, doceat quod filia, ſi eſt vnica, poteſt in contractu matrimonij meliorari. Et illa verba *ninguno*, vt ille affirmat, intelligenda eſſe ſecundum alia legis *a cada vna de ſus hijas*. Ergo eodem modo in noſtro caſu debet fieri; & ſic contra eum argumentum retorquere liceat.

N. 63. Probatur Sexto: ex verbis etiam noſtræ legis; Nam cum eius mens eſſet dotes excesſiuas moderare, propter damna, quæ ex eis ſequebantur, & præmaturo conſilio habito, ſic inquit. *Y fue acordado, que de aqui adelante en el dar, y prometer de las dichas dotes ſe tuuieſſe la manera, y orden ſiguiente* duos enim diſtinguit caſus *dar, y prometer*, quibus correſpondent illa verba, *la manera, y orden ſiguiente*.

N. 64. Dictio enim *Y*, latine *&*, eſt coniunctiua diſſimilium *cap. cum olim 34. de teſtib. in rubr. Cod. de ſentent. & inter locut. in rubr. Inſt. de vſu cap. & longi tempor. praeſcript.* Gozadin. *conſ. 33. num. 17.* Pariſ. *conſ. 39. num. 21. conſ. 95. num. 6. & 8. vol. 1.* & ex quamplurimis Auguſt. Barboſ. *de diction. vſufreq. dict. 93. num. 25.*

N. 65. Et in terminis noſtræ legis verbum *dar*, ſignificat dotis præſtationem, quæ non eſt niſi in matrimonio. Verbum *prometer*, eſt aliud, nam promiſsio ſemper ſolet præcedere, vt idem Baeça, *cap. 5. num. 12. verſ. rurſus*.

N. 66. Nunc ergo atente conſideremus formam diſpoſitionis legis, quæ loquitur, *Que el que tuuiere ducientas mil marauedis, y dende arriba haſta quinientas mil, pueda dar en dote a cada vna de ſus hijas legitimas haſta vn quento de marauidis*, & qui minus quam ducenta millia marapetina habeat, *no pueda dar, ni de en dote arriba de ſeiſcientas mil marauedis*. Et qui vltra quinquies centum millia vſque ad decies, & quatuor centum millia, *pueda dar haſta vn quento, y medio*. Et qui decies, & quinque centum millia habeat, quod Hiſpano ſermone eſt *quento y medio*, reddituum annalium, *Pueda dar en dote la renta de vn año*, qui ſunt omnes caſus, qui in legis taxa comprehenduntur.

N. 67. Et cum lex formam demonſtret *en el dar, y prometer de las dichas dotes, &c.* in nullo horum caſuum reperietur verbum *Prometer*, ſed ſéper loquitur de verbo *dar*, quod particularis curæ, & ſtudij eſſe nullus dubitabit. Et poſtea in illa clauſula ſequenti inuenimus ſolum verbum *Prometer*, ibi: *Y mandamos q̃ ninguno pueda dar, ni prometer por via de dote, ni caſamiento de hija tercio, ni quinto, &c.* Quæ verba tam repetita nobis ſtimulum ad duas euidentes ponderationes præbent.

N.68. Prima: Nam ſuppoſito, quod lex vult præſcribere formam, *en el dar, y prometer de las dichas dotes*, & in taxa ſolum loquatur in caſu dotium datarum. Et in quantum loquitur de melioratione prohibenda. Loquatur de dotibus promiſsis, & cum tota contextura legis de dotibus exceſsiuis loquatur. Ergo prohibitio meliorationis tertij, & quinti non intelligitur generalis, ſed ſolum in caſu, in quo hoc prætenſo colore taxæ compræhenſa in lege prætenderetur excedi?

N.69. Secunda: Nam poteſt dos conſtitui in quantitate certa; velutim mille, vel decem millia, &c. Vel in quota parte bonorum patris: vt in tertio, vel quinto ſuorum bonorum, &c. Et ſic affirmare poſſemus. Quod in primo caſu fuit præfixa taxa, & poſtea vltra illam lex non voluit illam quotam partem dari, quæ eſt tertiū & quintum, quæ omnia intelligenda ſunt in caſu, quo hoc quæſito colore taxæ prætenderetur exceſſus. Ergo nunquam lex meliorationes abſolute prohibuit quando taxam non excederent?

N.70. Etſi quando ratio exprimitur in lege extenditur vltra caſus expræſſos, vt idem Baeça, *cap. 4. num. 5.* Ergo quando tam expræſſe in lege non exprimeretur, quod ponderatum remanet, ſuppoſito quod ratio, & cauſa finalis legis fuit dos exceſiua, & damnum quod inde oriebatur, eius diſpoſitio intelligenda eſt in hoc ſolum caſu, & eodem modo eius taxa, & non in alio? & prohibitio meliorationis in caſu quo titulo meliorationis taxam prætenderet quis excedere?

N.71. Nam ad duos diuerſos caſus in vna diffinitione compræhendendos (vt hic eueniret ſi veram opinionē Baeçæ indicaremus) erat neceſſe quod ratio ſuplicationis generalis eſſet. Et verba ipſa vtrumque compræhenderent caſum vt idem Baeça *cap. 4. nu. 8.* Sed cum hic eſſet ratio ſuplicationis ſpecialis in caſu *de las dichas dotes exceſiuas*, & verba deciſsionis limitata adſint, quomodo intelligere vult verba prohibitionis dictæ meliorationis, omnes caſus compræhendere? maxime cum verba legis non quadrent, quod ante omnia debet obſeruari vt idem Baeça *cap. 6. num. 16.*

N.72. Probatur Septimo: Nam cum lex de dotibus exceſsiuis loqueretur quando acceſsit ad illam taxam imponendam, & ad prohibendam talem meliorationem in primo caſu per illa verba, *A tenta vueſtra ſuplicacion, y la deſorden, y daños que ſe han recrecido, y recrecen de las dichas dotes exceſiuas.* Et per illa: *fue acordado, que en el dar, y prometer de las dichas dotes exceſsiuas.* In ſecundo caſu per illa: *Lo que demas de lo aqui contenido, &c.* Et per illa: *Segun dicho es.* Probatur quod ſolum in hoc caſu, & ad hunc caſum fuit diſpoſitio legis, & præfixio taxæ.

Hoc

N.73. Hoc argumento & in terminis huius legis communiter vititur Baeça, & præcipue *cap. 7. per totum,* & maximè *a num. 3. & seqq.* Quod prohibitio meliorationis non intelligatur in maſculis. Et non in venit aliud fundamentum, niſi, quod lex fœminas vocet, & non maſculos; nam à verbis non eſt recedendum. eodem vitur argumento *cap. 2. num. 22.* repetiit, *d. cap. 7. nu. 30.* Ex eo quod lex dixit *a cada vna,* & non, *a cada vno.*

N.74. Eodem fulcitur argumento, ad probandum dotem excedente taxam non eſſe prohibitam, ſi a fratre datur, nam lex de filijs loquitur, & de legitima, cui non adaptantur hæc verba, *Et in cap. 12 num. 21. & 32* iterum vſus eſt hoc argumento *cap. 9 num. 30.* quod quando lex certam ſummam taxat in fauorem aliorum conſanguineorum, ſi illi non exiſtant, taxa excedi poſsit, & hoc ſolum, quia referuntur in legis diſpoſitione.

N.75. Ergo gladium ſuum contra Baeçam retorquemus, & proprijs fundamentis conuincitur. Quia loquente ſemper Matriti lege in caſu dotium exceſsiuarum, & in hoc taxam aponente, prohibente meliorationem, in eodem caſu debet intelligi talis prohibitio: ergo hæc extendi non debet ad omnes dotes. Sed ſolum, quod in caſu, quod legitimam excedant, obſeruetur taxa, illa non attenta, dummodo legitima non excedatur. Et quando in exceſſu legitimæ per dotem taxa debeat obſeruari, hæc non ſpernatur titulo meliorationis tertij, & quinti.

N.76. Ergo, dummodo a taxa non excedatur, non ſolum meliorationes in contractu matrimonij non ſunt prohibitæ ad fauorem filiæ, ſed eas a mat lex. Nam à verbis legis non eſt recedendum vt idem Baeça *cap. 2. num. 35.* Etſi deficiunt verba legis, ceſſat eius diſpoſitio, vt idem Baeça, *cap. 5. num. 8.*

N.77. Ex quibus conuincitur ſuis fundamentis Baeça, extollitur etiā Auendaño. Et manifeſtè conſtat ex verbis legis ſequentibus, & diſpoſitionibus dictæ taxæ, ibi: *Que el que tuuiere menos de ducientas mil marauedis de renta pueda dar en dote ſeiſcientas mil,* vnde manifeſte hoc conſtat eſſe in quacunque quantitate.

N.78. Ergo, ſecundum illa verba, ſi pater in facultatibus habeat ſuis ſexcentum millia marapetina ex principali, ex quibus reditus ſunt ſexaginta millia, ad rationem decem pro centum, vel triginta millia, ſi cenſus, vt hodie, computatur ex viginti vnum, & multos filios habeat, non ſolum a lege conceſſum reperitur, quod filia poſsit meliorari, ſed quod omnes Patris facultates abſorbeat ratione dotis? Ergo per prædictam legem meliorationes non prohibentur tales, niſi in caſu, in quo a taxa excedatur?

N.79. Probatur Octauo: Si attendimus quod lex Matriti, in noua recopi-

recopilatione non eſt ſub titulo meliorationum, qui eſt ſextus in ordine *libri* 5. Sed ſub *titulo* 2. *eiuſdem libri*, qui eſt titulus dotium, arrarum, & iocalium. Ergo quia in dicta lege de meliorationibus non tractatur, ſed ſolum de taxandis dotibus?

N. 80. Nam ſi finis fuiſſet legis prohibere meliorationes factas ratione dotis, hæc noſtra lex collocata fuiſſet ſub titulo ſexto, qui meliorationum eſt, quia cum ibi apponãtur caſus in quibus meliorationes valeant, & deſcribatur id, quod illæ continent in fauorem filiorum, & quomodo deducẽde ſint, hic caſus apponeretur, velut exceptio regulæ generalis.

N. 81. Nec ad hoc alicuius erit momenti dicere, quod cum talis melioratio ſit ratione matrimonij, & ille *titulus* 2. de dotibus ſit, ea ratione in illo titulo noſtra lex deſcripta eſt. Nam hoc conuincitur *ex lege* 1. *&* 6. *dicti tituli* 6. vbi de meliorationibus matrimonij ratione factis tractatur.

N. 82. Imo, cum in his legibus, nõ ſolum aſſertio ſit meliorationes valere ad fauorem cuiuſcunque filij, aut deſcendentis matrimonij cauſa, ſed quod ex eo ſolum irreuocabiles remaneant, loquentibus his legibus in omnibus caſibus generaliter, ibi collocãda veniebat lex Matriti, vt exceptio generalitatis illarum legum, ſi noſtra lex meliorationes factas in fauorem filiarum in contractu matrimonij prohiberet.

N. 83. Ait ergo *lex* 1. *tituli* 6 *Quando el padre, o la madre, mejorare a alguno de ſus hijos, o deſcendientes legitimos, en el tercio de ſus bienes, en teſtamento, o en otra poſtrimera voluntad, ò por otro algun contrato entre viuos* quod poſsit reuocare, ſi poſſeſsionem eius rei non traddidit. *O el dicho contrato ſe huuiere hecho por cauſa honeroſa, con otro tercero, aſsi como por via de caſamiento, o por otra coſa ſemejante.* Quod in tali caſu reuocari non poſsit.

N. 84. Dicta *lex* 6. *eiuſdem tituli. Si el padre, ò la madre, o alguno de los aſcendientes, prometiò por contracto entre viuos de no mejorar a alguno de ſus hijos, ò deſcendientes, y paſſò ſobre ello eſcriptura publica* Quod non poſsit facere talem meliorationem, & facta non teneat. *Y aſsi meſmo mandamos, que ſi prometio el padre, o la madre, o alguno de los aſcendientes de mejorar a alguno de ſus hijos, ò deſcendientes en el dicho tercio, y quinto, por via de caſamiento, ò por otra cauſa honeroſa alguna, que en tal caſo ſean obligados a lo cumplir, y hazer.* Etſi ea non facta a vita deceſſerint, intelligatur facta melioratio.

N. 85. Ex quibus legibus 1. *&* 6. Et iuncta lege noſtra Matriti, quatuor infero, meo videri, euidentes ponderationes: Prima quod dicta *lex*. 1. *&* 6, quæ meliorationes permitunt, loquuntur generaliter ratione matrimonij tam in filijs, quam in filiabus. Per illud

verbum

verbum *alguno*, latine *aliquis*. Quod etiã in maſculina vocatione compræhēdit, & fæminas, tec. *in leg. ſi quis id, quod & in leg. 2. n. 49. ff. de reg iur. & conſ. 507. num. 1. tom. 2.* Alex. *conſ. 24. lib. 2.* Ceuedo *ſingul. 5. num. 10.* Auiles *in cap. 1. prætor. gl. de ninguna perſona, num. 8.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 58. num. 19. cum ſeqq.* Surd *de aliment tit. 1. quæſt. 31. nu. 18.* ex quibus Aug. Barboſa *de diction. vſufreq. dict. 22. num. 11.*

N. 86. Et per illud *Hijos*, quod tam viros, quam fæminas includit *leg. ſi quis ita 16. ff. de teſtam. tutel. leg. ſi ita ſcriptum, ff. de leg. 1. leg. iuſta 201. ff. de V. S.* Menoch. *conſ. 496. dub. 3. conſ. 588. dub. 3. conſ. 1152. num. 45.* Rota *dec. 563. nu. 1.* apud Farin. *tom. 1. recent.* ex infinitis Cardin. Tuſch. *pract. quæſt. littera F. concl. 374.* Aug. Barboſſ. *de appellat. verb. appellat. 99. num. 48.*

N. 87. Et per verbum *deſcendiētes*, quod eodē modo, & ad maſculos, & ad fæminas equaliter ſe adaptat *cap. nouit de iudic. leg. vlt. iuncta auth. ſeq. Cod. de ſuis, & legit. hered. leg. maximum vitium, Cod. de liber. præterit.* Crotus *in leg. omnes populi num. 154. ff. de iuſt. & iure,* Menoch. *conſ. 318. num. 5. conſ. 331. num. 9. conſ. 420. num. 18. cōſ. 519. num. 25.* ex infinitis Tuſch. *pract. littera D. concl. 219. num. 7.* & Aug. Barboſ. *appellat. 70. num. 9.*

N. 88. Et etiam: nam ſi lex loqueretur de filijs maſculis ſolum dixiſſet *lex 1. dictit. 6.* quod quando pactum celebratum fuiſſet cum tertia, vel perſona tertia, ſed non dicit, niſi cum tertio. Ergo ſuppo nit meliorationem, vel pactum fuiſſe ad fauorem filiæ? ibi. *O el dicho contrato ſe huuieſſe hecho por cauſa onerosa con otro tercero, aſsi como por via de caſamiento.* Ergo ſi refertur ad matrimonium contractum cum maſculo tertio, contrahens, ad cuius fauorem fuit melioratio fæmina eſt; & in his magis non ſuperſedeo; nam omnium DD. calculo receptum eſt illas leges de fæminis loqui, quod aut, vmant verò dicere eſt eſſe derogatas per legem Matriti.

N. 89. Secunda eſt ponderatio. Quod hæ leges 1. & 6 *tituli 6.* poſitæ ſunt ſub meliorationum titulo; lex Matriti ſub titulo dotium, vt diximus & fortiſsimum in iure argumentum quod à rubrica, vel legū collocatione infertur arg. *leg. 1. ff. ſi cert. pet.* Bart. *ibi & conſ. 13. ex facto num. 4. verſ. item lex illa lib. 1.* Menoch. *conſ. 3. num. 15. conſ. 485. num. 11. & 12.* Aldou. *in conſ. 101. num. 6.* melius Abb. *in ſua quæſt. 1. incipit Augerio col. 7. verſ. cum autem* Mandoſ. *ad reg. 8. cancell. quæſt. 1. nu. 2. & regul. 20. quæſt. 4.* Cenedo *pract. quæſt. 31. num. 16. lib. 1.* Et ex multis Euerard. *in topicis legalib. loco 45.* Tuſch. *pract. littera L. concl. 261. num. 8.* Et Auguſt. Barboſſ. *in locis commun. loco 98. num. 1.* Et lex, ſeu canon debet intelligi ſecundū rubricam, & eius naturam ſub qua ſituatum eſt, Vaſcitati DD. & vltra

vltra eos Petr. Surd. *conſ. 163. num. 12. tom. 2.* ex quo, & Euerardo Dom. Salgado *de reg. protect. 4. part. cap. 3. num. 14.*

N. 90. Quibus & accedit, quod principale inſtitutum nouæ recopilationis fuit leges, & pragmaticas ſub proprio titulo, & materia collocare. Sicque probatur per legem, vel ſchedulam regiam à Domino Rege noſtro Philipo II. promulgatam Matriti, Martij 14. anno noſtræ redemptionis 1567. ad obſeruantiam nouæ recopilationis quæ in initio eius inuenitur, & ibi:

N. 91. *Y aſsi por los procuradores de eſtos Reynos en Cortes, y por algunas otras perſonas, celoſas del bien, y beneficio publico, fue pedido, y ſuplicado al Emperador, y Rey mi ſeñor, que mandaſe reducir, y recopilar, todas las dichas leyes, y que ſe puſieſſen debajo de ſus titulos, y materias, por la buena orden, y eſtilo que conuinieſe, &c.*

N. 92. Et maxime cum ille qui fecit nouam recopilationẽ fuit dictus Dominus Rex tam ſapiens, vt per antonomaſsiam prudens denominetur; & quod facta fuit illa noua compilatio per viros doctiſſimos, prudentiſsimos, atque in omni negotio expertos, vt fuerũt licent. Petrus Lopez de Alcocer Valliſoletanus aduocatus. Poſtea per Dom. licent. Petr. Lopez. de Arrieta, à conſilio ſupremo Regis. Qui ſumma cura, & diligentia vitam conſumpſerunt in illo opere, illo adhuc non perfecto. Vſq; quod vltimã impoſuit manum Dom. licent. Bartolom. de Atiença, à conſilio ſupremo illius Regis, vt ille affirmat, & ponderat in dicta ſchedula Regia. Itaque nulli in dubium veniat, non ſine maxima cauſa legem Matriti non eſſe appoſitam ſub titulo meliorationum, vt apponeretur, ſi per illam illæ prohiberentur.

N. 93. Tertia noſtra eſt ponderatio, nam quando omnia ceſſarent potius legem Matriti derogatam inueniremus per *leges 1. & 6. dicti tituli 6.* quàm illas derogantem, nam ſi ſupponeremus eſſe contrarias, cum hic titulus poſterior ſit, *titulo 2.* ſub quo eſt dicta lex Matriti, vt leges poſteriores anteriorem derogarent.

N. 94. Quarta eſt ponderatio, quod abſit à nobis, intelligere dictas leges 1. & 6. & dictam legem Matriti inter ſe eſſe repugnantes, nam ſi principalior, & finalis cauſa nouæ recopilationis, confuſiones dubia, contrarietates, & lites fuit euitare, & ad hoc ſumma cura, & vigilantia leges fuerunt reformatæ, & correctæ, affectata prorſus omni claritate, vt in dicta Regia ſchedula continetur. *Por las muchas, y diuerſas leyes, prematicas, &c. Y por la mudança, y variedad, que con tiempo de ellas a auido, corrigiendo, emmendando, y añadiendo.* Quod propter varietatem, & anguſtiam temporum viſum fuit rationabile.

N. 95. Et quia in alijs legibus, *han nacido dudas, y dificultades por ſer las*

*palabras*

*palabras de ellas dudoſas, y por parecer que contradezian algunas otras,* & quia hæc non videbatur conueniens, quod executioni manda-rentur. *De que ha reſultado, y reſulta confuſion, y perplexidad, y en los Iuezes, que por ellas han de juzgar, dudas, y diferentes contrarias opiniones.*

N.96. Et quia conuenit quod leges *Sean claras, y ſe eſcuſen las dudas, y diferencias, pleytos, y debates, y ſe viua en la paz, y quiete publica, que en los Reynos bien gouernados ſe debe tener: Y que para eſte miſmo effecto en las dichas leyes ſe ſupla, lo que eſtuuiere falto, y ſe quite lo ſuperfluo, y declare lo dudoſo, y enmiende lo que eſtuuiere errado.* Nam propter hoc Regni procuratores ſupplicarunt illã nouam confici compilationem, & per ordinem, & titulos, *quitando lo que fueſſe ſuperfluo, y añidiendo, y enmendando en ellas lo que conuinieſſe.*

N.97. Et maximè quando ad faciendam compilationem per tot, atque tam prudentiſsimos viros, conferebantur in Regio Conſilio omnes dubitationes, & cum Regia Maieſtate, & per omnes fuit elucubratum opus illud; vt in dicta ſchedula Regia refertur mẽtionem cum faciat Domin. licent. Atiença, ibi: *Lo acabò, y paſò en perfecion, auiendoſe primero, aſsi en ſu tiempo, como en el de otras perſonas, que en eſto interuinieron en el nueſtro Conſejo general, y en particular por las perſonas del, que para eſto han ſido diputadas, tratado, y conferido, y determinado las dudas, puntos, y dificultades, que cerca de la enmiẽda, y declaracion de las dichas leyes, y de lo que ſe debia en ellas añadir, quitar, o alterar, han ocurrido, y con nos conſultado, &c.*

N.98. Quomodo enim credendũ eſt homines tanta laude dignos, tãta dignitate præexcellentes deputatos, tot, atque maximè curis, ſtudijs, & vigilijs, & tam præmaturato conſilio ad euitandas confuſiones, & lites, & ad contrarietates legum tollendas, omnibus his defeciſſe, & reliquiſſe (& tam proximè, cum de vna ad aliam legem, ſolum quatuor tituli interueniant) talem legum contrarietatem? in lege Matriti prohibitas meliorationes, factas fauore filiarũ in contractu matrimonij, & *in leg. 1. & 6. titul. 6.* approbatas;

N.99. Cum imò ex his maior oriretur occaſio litibus, patens ad maiores confeſsiones apperiretur ingreſſus, & amandæ claritatem ipſa confuſio ſolicitaretur; Ergo quia in dicta Matriti lege meliorationes ad fauorem filiarum in contractu matrimonij non deteſtantur, ſed ſolum in exceſſu taxæ, & quando meliorationis prætextu illa ponderetur lædi.

N.100. Et vltimò concludo, & omni ponderationi coronidem impono, nam cum verbis quibus ipſa ſchedula Regia concludit. *Y mandamos que ſe guarden, cumplan, y executen las leyes que van en eſte libro, y ſe juzguen, y determinen por ellas todos los pleytos, y negocios, que en*

eſtos

*eſtos Reynos ocurrieren.* Nam ſi contrariæ eſſent dictà *lex 1. & 6. tit 5.* dictæ legi Mauriti, quæ eſt *1. tit. 2.* quomodo obſeruari poſſent?

N. 101 Quomodo meliorationes admiti, & lites diſolui, quæ circa eas ortum haberent, per dictam *legem 1. & 6. tit. 6.* Si per legem noſtram prohiberentur? Ergo quia meliorationes ad fauorem filiarum in contractu matrimonij factæ prohibitæ minimè ſunt per legem noſtram, niſi in quantum taxam legis excedant? vel quando earum titulo ab ea recede prætendatur?

N. 102 Quod vero in quantum ad taxam legis attinet, nullus dubitat legem non obſeruari. Quando vero aliquis, neque quidem auſus fuit pretédere dotem immoderatam propter exceſſum taxæ? nec exemplum, nec rem iudicatam, vſque adhuc circa hoc vidimus.

N. 103 Imo ex hac noſtra lege multas inequalitates conſiderare licet, quæ manifeſtè ex eius contextura patent. Cum eamdem dotem poſsit dare pater pauper quam diues, quia ſi qui habet ducenta millia marapetina redituum poteſt dare in dotem cuicunque filiæ decies mille centum, quod eſt *un quento.* Et idem, qui habet quinque centum millia redituum. Ergo idem poteſt dare qui duo habet, quam qui quinque, excedente vno alium in magis quam dimidia bonorum parte?

N. 104 Eamdem dotem poteſt deſignare, qui quinque centum, & duo millia, v. g. marapetina in redditibus habet, quam qui decies, & quatuor centum millia, talique modo, vt propter duo millia marapetina magis in redditibus poſsit dare quinque centum millia marapetina magis, quæ ſunt Hiſpano ſermone, *medio quento,* quæ faciunt circa mille, & quingenta ducata; quod omni rationi, & æquitati omnino reſiſtit.

N. 105 Nam ſi dos debet dari ſecundùm facultates Patris, *leg. ſi filia pater, ff. de leg. 3. leg. quæro, ff de iur. dot. leg. cum poſt § gener vuerſ. dotis, ff. de iur. dot.* vbi Bart. *auth. res, que Cod. commun. de leg.* vbi & Bart. *leg. 5. tit. 7. partit. 6.* ibi *Otro ſi quando el padre quiſieſſe caſar ſu hija, è la dotaſſe ſegun la riqueça que el ouieſſe,* vbi Dom. Gregor. Lup. *& in l. leg. 8. tit. 4. partit. 5.* verbo *otro* Aret. *conſ. 17. col. pen.* Pariſ. *conſ. 81. num. 49. verſ. nec dicatur lib. 2. & conſ. 63. num. 51.* Aym. *conſ. 236. num. 3. verſ. niſi aliter* Bellon. *conſ. 83. num. 10.* Raph. Cumenſ. *conſ. 46. col. fin.* & idem Baeça *cap. 1. num. 6. & ſeqq. & num. 33. & cap. 2. num. 23. & 35.*

N. 106 Si dos ratione Patris diuitis moderatur; quare eodem reſpectu non moderabitur ratione Patris pauperis, vt idem Baeça *cap. 3. num. 17. & cap. 4. num. 4. & 7.* Et ita quod eamdem dotem poſsit dare vnicuique filiæ ſuæ pater diues, quam pauper, nec charitas, nec æquitas permittunt, imo hoc eſſet amari inequalitas, quando

com

communiter Baeça ponderat æqualitatem à lege in ſolicitudine eſſe,& cauſam finalem eius diſpoſitionis.

N.107 Ait lex: *Y que el que paſſare de las dichas quinientas mil marauedis haſta vn quento, y quatrocientas mil marauedis de renta, pueda dar haſta vn quento y medio.* Et poſtea conſecutiue, *Y que el que tuuiere quento, y medio de renta, y dende arriba, pueda dar en dote a cada vna de las hijas legitimas que huuiere, la renta de vn año, &c.* Ergo qui habeat decies, & quatuor centum millia marapetina redituum, & aliquid amplius, dummodo non habeat decies, & quinque centũ millia marapetina redituum, quæ ſunt *quento y medio*, nihil poterit dare in dotem filiæ, cum in hoc caſu non detur taxa, & à verbis legis recedendum non ſit, vt diximus iam pluries?

N.108 Item in lege: *Con que no pueda exceder de doze quentos de marauedis.* Ergo ſi hominem ita diuitem conſideremus, & diuitijs opulẽtiſsimum, quod ſuum patrimonium excedat centum millia centum marapetina, quæ ſunt *cinquenta quentos*, in annalibus reditibus. Et quod vnam, vel vt melius dicam duas filias ſolũ, amplius in dotem dare non poteſt? cum propter hoc indecenter in matrimonium eas collocaret propter terminos limitatos ipſius taxæ.

N.109 Imo, in quocunque patre ſi reditus ſunt in bonis immobilibus velut in caſtris, villis, & ſimilibus rebus, quarum valor ſit exceſsiuus, reditus vero tenues, & etiam in cenſibus perpetuis. Vel iam habeat cenſus ad vitam, vſusfructus, maioratus, in quibus rebus reditus ſũt multi valor, vero proprietatis, vel exiguus, vel nullus, quia eam non poſsidet, quomodo ex hac lege ſine læſione taxa computari poteſt?

N.110 Item in lege: *Que qualquier cauallero, ò perſona, que tuuiere ducientas mil marauedis de renta, &c.* Et poſtea, *Y que el que tuuiere menos de las ducientas mil marauedis de renta, &c.* Et inferius. *Y que el que paſſare de las dichas quinientas mil marauedis, haſta vn quento, y quatrocientas mil marauedis de renta* Et vltimo: *Y que el que tuuiere quento y medio de renta, &c.* Loquitur enim lex in omnibus caſibus de illo, qui habeat redditus annales, & non in alio. Ergo qui patrimonium habet in pecunia, vel in mercibus, vel in alijs rebus, & non in reditibus annalibus non eſt compræhenſus in tata? Ergo in hoc caſu nihil à lege reſolutum fuit?

N.111 Non omitto, quod in hoc caſu Baeça docet *per totum 4. caput*, diſpoſitiouem legis locum habere conſiderato valore patris facultatum, ad illud, quod reddituare poſſet, ſecundùm bonorum capitale: & quod illum ſequuntur Matienço *in l. 1. gl. 2. num. 3. tit. 2. lib. 5. recop.* & ibi Azebed. *num. 2. & 3.*

N.112 Sed in proprijs terminis contrarium defendunt Auendaño d.



cap.

*cap.14.num.5. & ſeqq.* Et Didac. Perez *in repertorio, quod fecit ad pragmaticas regias antiquas, Verbo reuocar.* Et hæc opinio, quam veriorem iudico, confirmatur ex omnibus ſupra ponderatis, & doctrinis eiuſdem Baeçæ, nam ſi à verbis legis recedendum non eſt. Et lex ſolum loquitur de illo, qui reditus annales habet, maximè cum per Baeçam, & ſequaces conſideretur eſſe in derogationem iuris communis, & *legis 22 tauri.*

N.113 Et maximè cum ex ſui natura ſit odioſa, cum in præiuditium dotium ſit, quarum priuilegia paſsim recõmendant omnia iura. Et ſi Baeça & conſortes intelligunt noſtram legem filios maſculos non compræhẽdere, nec eis taxam apponi, ex eo ſolum moti, quod lex fæminas nominat, & non maſculos. Si hìc lex eum, qui reditus annales habet ſcribit, quare velimus intelligere in ea cõpræhenſum illum, qui tales reditus non habeat?

N.114 Maximè, cum non concurrat eadem ratio, nam in illo, qui reditus annales habet manifeſte taxa poteſt obſeruari. Sed in eo qui eos non habet quo modo vero poteſt? quis facultates alienas iuſte computare poſsit? cum imo neque ipſe dominus. *Sæpe enim de facultatibus ſuis amplius, quam in his eſt, ſperãt homines,* vt ait Imper. Iuſtinianus *in §. infraudem 3. inſt. qui & ex quib. cauſ. manum itt. non licet*, & ibi Dom. Anton. Pichard, *num. 3. leg. infraudem 10. ff. qui, & à quib. leg. ſi quis cum haberet 15. ff. quæ in fraud. credit.*

N.115 Imo ex his multæ lites ortum acciperent, cum nunquam adæquate illa taxa fieri poſſet, etſi aliquando, raró vero. Nam multi homines, qui opinione hominum diuites reputantur pauperrimi ſint, propter ſplendorem ſuæ familiæ, & opulentiam ſumptuum, quæ omnia conſiſtunt in credito, & agentia. Alij vero qui propter tenuitatem ſui animi diuitias tacite theſaurīcant, & miſerrime viuunt vnde, cum ditiſsimi ſint, pauperum in computatione adſunt. Vnde ergo, ſi hęc taxa hoc modo obſeruaretur, poſſet oriri maior cauſa litium, maior ocaſio rixarum?

N.116 Et poſſet, quando contrariam opinionem Baeça tenet, recordari, quod *in cap. 2. num. 33.* dixit: *Nota legem hanc dotis ſummam ſtatuere ex reditibus, ratio eſt quia dos eſt loco alimentorum,* & idem repetijt *cap. 14. num. 11 & 14 & in cap. 8. num. 17. verſ. rurſus* ibi *Rurſus hæc opinio probatur, quoniam lex videtur ſentire, vt dos filiabus conſtituatur ex reditibus, non autem ex ſubſtantia patris, vt patet.* ibi: *Pueda dar la renta de vn año.* Ergo palinodiam decantauit? aut ille videat, quomodo reconciliet hanc ſuarum doctrinarũ auerſionem.

N.117 Et antequam vltimum punctum huic quæſtioni tribuamus, non omittamus cauere nos à Baeça. Qui *in exordio ſui tractatus de non meliorandis dotis ratione filiabus*, ad litteram noſtram

legem

legem ponit,ſed deſtroncatis verbis, & circunciſſa oratione. Nã cum ponat caſus taxæ,& poſtea clauſulam *Y mandamos, que ningũ no pueda dar,ni prometer por razon de dote,ni caſamiento de hija,tertio, ni quinto de ſus bienes,&c.* & illam clauſulam, *ſo pena que todo lo demas de lo aqui contenido,diere,ò prometiere, lo aya perdido,y pierda,* hic comam apponit, & vt proſequẽdo orationem à lege ſic inſeruit, *Y porque en eſto ceſen todos los fraudes,mandamos que todos los contractos,pactos,y promiſsiones que ſe hizieren en fauor de lo ſuſodicho,ſean en ſi ningunos,y de ningun valor,y effecto.*

N.118 Subrripuitque ab ea totam diſpoſitionem, nã lex noſtra duas determinat cauſas. Primam dotium exceſsiuarum, quæ in clauſu lis iam à nobis dictis compræhenduntur,in quibus,apponẽdo taxam,poſtea concludit, *So pena,que todo, lo que demas ſe diere, lo aya perdido,y pierda.*

N.119 Secundam circa arras,& iocalia,& ſic poſt illa verba,inquibus debet haberi,& habetur puntus, & non coma (vt cum particulari ſtudio, & non ſine malitia & injuria lecturæ appoſuit Baeça) trãſgreditur lex ad aliam diſpoſitionem dicendo. *Y porque los que ſe deſpoſan,ò caſan,ſuelen dar al tiempo,que ſe deſpoſan, a ſus eſpoſas, y mugeres,joyas,y veſtidos exceſsiuos,y es coſa neceſſaria,que aſsi meſmo ſe ordene,y modere,mandamos, &c.* Et ponit taxam,vt non poſsint talia iocalia tranſcendi octauam partem dotium,in quo caſu conſecutiue dicit. *Y porque en eſto ceſſen todos los fraudes, mandamos, que todos los contractos, pactos, y promiſsiones,que ſe hizieren en fraude de lo ſuſodicho ſean en ſi ningunos, &c.* Quæ clauſula refertur ad iocalia, non ad promiſſiones dotium.

N.120 Quod probo primo. Quia de vna diſpoſitione ad aliam non valet extenſio. Et prima diſpoſitio perfecta fuit in illis verbis, *lo aya perdido,y pierda.* cum & iam præfixa eſſet taxa, & pæna impoſita, & nihil ei deficeret.

N.121 Secundo: Quia,ſi amaremus illam vltimam clauſulam omnes caſus legis compræhendere,vel eam eſſe ſuperfluam neceſſario concederemus,vel illã primam, *So pena que lo que demas de lo aqui contenido diere,ò prometiere, &c.* Nam hæc non erat neceſſaria ad ſtante illa. Vltra,quod ſi per illam annullantur contractus, ibi: *Sean en ſi ningunos,y de ningun valor,y effecto.* Quod nullum eſt nullum poteſt producere effectum *lex.4.§.condemnatum ff. de re iudic.leg.non putauit §.non quauis ff. de bonor. poſſ.contratab. cum vulgatis,* & per Auguſt. Barboſſ. *axiomat.* 164. ad quid fuit pæna prædicta,aut quomodo ex actu nullo poteſt oriri?

N.122 Probo,& Tertio. Ex eadem cura Baeçæ,nam ſi prædicta clauſula annullationis omnes caſus legis compræhenderet, ad quid

par

particulari ſtudio totam ſubſtulit diſpoſitionem iocalium, quæ illam clauſulam præcedebat? voluit enim ad ſuum ſenſum verba legis torquere, & ſubſtulit impedimenta, bene enim dificultatem agnouit.

N.123 Probo & Quarto: ait lex. *Y porque en eſto ceſſen todos los fraudes*: nam pro nomen *eſto*, latinè *hic*, hoc eſt pronomen demonſtratiuum rei preſentis, & ſic ad proximiora refertur, *leg. nemo dubitat 58. ff. de hæred. inſt.* ibi: *Nemo dubitat recte ita hæredem nuncupari poſſe, hic mihi hæres eſto, cum ſit coram, qui oſtenditur leg. mæuius 66. §. duobus ff. de leg. 2. vbi gl. hanc.* Rebuff. *in leg. vnic. gl. 1. num. 173. Cod de ſentent. quæ pro eo.* Pariſ. *conſ. 20. num. 49. & conſ. 35. n. 20. vol. 2.*

N.124 Terent. *Eunuch. 3. 1. 33.*

*Vna in conuiuio*
*Erat hic, quem dico, Rhodius adoleſcentulus,*

Idem *in Eunuch. 3. 3. 2. & 4. 4. 14.*

*Ne comparandus hic quidem ad illum eſt, ille erat*
*honeſta facie, & liberali*

Et idem *And. 1. 1. 75.*

*Hac fama impulſus Chremes*
*Vltro ad me venit, vnicam gnatam ſuam*
*Cum dote ſumma, filio vxorem, vt daret.*
*Placuit, deſpondi. Hic nuptijs dictus eſt dies.*

Et idem *in And. 1. 1. 85. & in Eunuch. 5. 6. 15. tunc quandam fidicinam amat hic Chærea.*

N.125 Plaut. *Amph. 4. 2. 48. hic homo ſanus non eſt.* Idem *Trinum 15. 17. hic homo eſt omnium hominum præcipuus, voluptatibus, gaudijsque anteponendus.*

N.126 Neque etiam omittamus Baeçam, *cap. 2. num. 36.* & Azeueda *in leg. 1. num. 4. tit. 2. lib. 5. recop.* tenentes contra Dom. Gregor. Lup. noſtram legem, & taxam procedere, quamuis quis filiam collocaret in matrimonium genero diuiti, & nobili Nam ſuppoſito, quod eorum opinio eſſet vera, & ſecundum eam vniret intelligenda lex noſtra (quod ſecus eſt, vt iam manifeſte conſtat) omnia ceſſarent, quotiens pater, volens adquirere generum diuitem, & nobilem, daret filiæ ſuæ ampliã dotem; cum faceret negotium ſuum, & familiæ ſuæ.

N.127 Vnde audiamus Dom. Gregor. Lup. *in leg. 8. gl. 4. tit. 4. partit. 5.* circa noſtram legem, & hunc caſum. *Et dos, quam pater aſſignat filiæ, iudicanda eſt competens, cum nullus melius quam pater ſciat capere conſilium pro filia leg. neque in ea ff. de adulter. Præterea ſi pater, volens adquirere generum diuitem, & potentem, det dotem filiæ etiam exceſſiuam, dictis conſiderationibus attentis, non poteſt negari, quin faciat*

*ſuum*

*ſuum negotium, & vtilitatem ſibi, & ſuæ familiæ. Ergo donatio eſt ob cauſam, & ſic non procedit diſpoſitio huius legis.*

N.128 Conuinciturque idem Baeça cum ab eo ponderatis *cap. 17. per totum*, nam ſi, vt ille affirmat, & neruoſſe defendit, filia ob benemerita poteſt meliorari. Quare non poterit ob benemerita mariti, ex cuius matrimonio Patris familia ſplendorem adquirit? & maxime cum iam redundaret talis prohibitio in tertij damnũ?

N.129 Conuinciturque idem Baeça, ex dictis ab eo *cap. 32. num. 2. impugnat æquitas; durum enim videtur maritum, qui tanta dote innixus eam duxit vxorem, alias non ducturus, ſpolietur dote aſsignata, vnico vitæ, & matrimonij ſubſidio.*

N.130 Vltra quæ, faciunt pro noſtra, & Gregorij ſententia; nam per ius commune filiæ permititur vltra legitimam in dotem dari pro modo, & dignitate perſonarum, vel quando aliter iuxta dignitatem nubere non poſſet expreſſus *tex. in auth. res quæ Cod. commun. de legat.* ibi: *Sed ſi liberis legitima non ſufficit ad dotis obligationem, per mititur res prædictas in eam cauſam alienare* (Imo de bonis fidei com miſſo, vel vinculo ſubiectis ait text. vt docent ibi: Salic. Fulgoſ. Iaſſ. & omnes DD. Bell. *conſ. 83. num. 9.* Bocr. *dec. 130. num. 12.*) *vel obligare pro modo honeſtati perſonarum.* Et ibi Prædicti Authores, & Paul. *num. 5.* non minus expræſſus *tex. in auth. de reſtitut. & ea quæ parit § quam obrem* Socin. *in leg. hæredes mei §. cum ita num. 32 verſ. item filia ff. ad Trebell.* Alex. *conſ. 69. ſuper primo dubio col. 1. lib. 1. & conſ. 83. viſo ſtatuto num. 3. lib. 4. & conſ. 7. num. 5. verſ. nam videtur lib. 2.* Curt. Senior *conſ. 16. num. 11. verſ. & ideo alias conſulitur.* Dec. *conſ. 180. num. 2.* Aretin. *conſ. 17. quinto dubio.* Afflictis *in conſt. Sicil. incip. in aliquibus rub. 23. num. 51.* Bald. Nouell. *tract. de dote 6. par. priuil. 17. num. 3. verſ. vnde arbitrium*, Brunus *in tract. de ſtatutis excludentibus fæminas art. 9. quæſt. 1. verſ. ſecundo caſu principali, num. 4. & 6.* Matienço *in l. 1. gl. 1. num. 4. tit. 2. lib. 5 Recopil.* imo Alex. *d. conſ. 7.* quod propter hoc poteſt dari tota ſubſtãtia patris.

N.131 Imo, quod tali in caſu iudex cogere poſsit patrem dotare vltra legitimam, ſi dignitas generi, & ſoceri, & filiæ, & facultatum qualitas id exigant docent Ioann. Lup. *in cap. per veſtras, § 22. incipit in conſtituenda num. 1. & 3.* & per eum Leonardus *in l. Gallus § & quid ſi tantum col. 6.* Iacob. de Bellouiſo *in d. auth. de reſtit. & ea, quæ parit §, quam ob rem, quæſt. 11.* Caſſan. *in conſuet. Burgun. rub. 7. § 12. num. 22.* Dec. *conſ. 26. num. 4.* Socin. *conſ. 57. nu. 28. lib. 4.* Corneus *conſ. 290. col. 14. verſ. nec obſtat ſi quis diceret, lib. 3. & conſ. 1. lib. 4. verſ. valet quod dos, litt. M.* Bellon. *conſ. 83. nu. 10.* qui dicit eſſe magis communem, Curt. Senior *conſ. 39. col. 2. verſ. nam videmus*, Fulgoſ. *conſ. 32. col. 2. verſ. tamen ipſa dimidia*, & Afflictis *dec. 160.*

Q Nam

N.132 Nam legitima non eſt meta aſsignationis dotis, nec hæc per illam debet regulari, ſed per patrimonium, & qualitatem generi, dotatæ filiæ & patris eius, *d. auth. res quæ*, ibi: *pro dignitate*, & ibi Bart. *leg. ſi filia, pater, ff. de leg. 3. leg. quæro, ff. de iure dot. leg. cum poſt §. gener. verſ. dotis, ff. de iur. dot.* & docent Dom. Greg. Lup. Alber. Aret. Pariſ. Aym. Bellon. & Raph. Cumenſ. relati *ſupra num.* 105.

N.133 Et probatur ex *leg. 5. tit. 7. part. 6.* ibi: *Otroſi, quando el padre qui ſieſſe caſar ſu hija, e la dotaſſe ſegun la riqueza, que el ouieſſe, e ſegun que pertenecieſſe a ella, e a aquel, con quien la queria caſar*; vbi Dom. Gregor. Lup. Et qualitercumque conſideretur, affirmat Dec. *conſ.* 180 *col. 2. & conſ. 379. col. pen.* de æquitate nullum bonum virum arbitrari dotem minus legitima, magis verò ſic.

N.134 Ex quibus omnibus inferimus doctrinam Dom. Gregor. Lupi eſſe iuri, & æquitati conformem. Imo (etſi ad priora reddeamus) diſpoſitionem dictæ legis Matriti, quæ dicetur generalis, & correctoria iuris communis loqui in terminis æqualibus, & communibus. Non vero quando concurrit prædicta ratio nobilitatis generi, qui eſt caſus ſpecialis, & ſic recte diſtinxit Dom. Gregor. Lup.

N.135 Ex quibus omnibus iam præhabitis, vt ad tertiam noſtrę quæſtionis partẽ deueniamus, recte infertur ſenſiſſe eos, qui prædictã legem Matriti non eſſe vſſu receptam, nec obſeruatam, nec obſeruandam affirmarunt, nec etiam in foro aut interiori, aut exteriori obligare. Vt ſunt ex noſtris Hypolit. quẽ refert Dom Couarr. *in 4. 2. part. §. 9. num. 3.* Padilla Meneſſes, *in d. auth. res quæ nu. 23. Cod. commun. de legat.* Et ex Theologis Ludouic. Lopez. *lib. 2. de contractibus cap. 42. in pr.* Machado *in perfecto confeſſore tom. 2. lib. 6. part 7. tractat. 6. docum. 23. num. 6.* Et P. Thom. Sanch. *de matrim. lib. 6. diſput. 33.* Et Meneſsius dicit apud peritiſsimos ſub diſsimulatione exoleuiſſe.

N.136 Et vltra prædictorum authoritates ego euidentiſsime pro bonam ſic declaratum, imo deciſſum inuenitur per Regnum in comitijs Matriti, anno 1573. *cap. 37.* Quod in ſecunda recognitione noſtræ recopilationis in ſubſcriptione marginali appoſitum fuit. Et traddit verba Azeuedo *in leg. 1. num. 3. tit. 2. lib. 5. recop.* & ſunt.

N.137 *Otro ſi decimos, que aunque por leyes deſtos Reynos, eſta taſſada, y limitada la cantidad de las dotes, que ſe han de dar, ni prometer, ni ſe ha guardado, ni puede guardar, a cauſa del exceſſo grande, que en la viuienda, y coſas neceſſarias para ella ay*, hoc eſt propter exceſſum iocaliũ & veſtium. *Porque como cada vno haze la quenta de lo que en eſto ha de gaſtar, no ſe contenta con menos dote del que para ello es meneſter.*

N.138 Et poſtea: *Y aſsi es neceſſario poner en ello remedio, y el que al Reyno parecia era q... V. M. mandaſſe que ninguna perſona pudieſſe dar, ni*

dieſſe

*dieſſe joyas, ni veſtidos dentro del primer año deſpues que ſe deſpoſſare, ni velare, mas de lo que montare la veintena parte del dote, que recibie-re.* Et quod ad hoc accipiatur iuramentum per tabellionem à marito, quando ſcripturam dotis ſcribat.

N.139 Imo regnum in dictis Comitijs profeſſum fuit noſtram legem non ſolum non obſeruatam, ſed nec obſeruari poſſe. Et animad vertatur quod dicta Comitia fuerunt celebrata anno 1573. qui eſt poterior ad nouam recopilationem, vel eius promulgationē, quæ fuit anno 1567. Et ſic regnum ſpe deſtitutum, quod noſtra lex obſeruati poſſet, proponit Maieſtati regiæ aliam viam, quæ eſt, vt moderentur iocalia, velut quę præbent ocaſionem exceſſus dotium.

N.140 Quibus omnibus Maieſtas Regia, reſpondet. *A eſto vos reſpondemos, que en el entretanto, que ſobre lo contenido en vueſtra peticion ſe mirarà, lo que conuendrà proueer. Los del nueſtro Conſejo vean la ley, que ſe hizo en las Cortes de Madrid, el año paſſado de treinta y quatro, para que las mugeres no puedan lleuar en dote, mas de lo que les cupiere de ſus legitimas, ni la renuncien. Y hagan guardar, cumplir, y executar, ſin excepcion de perſonas. Y ſi para que mejor ſe guarde, y execute, fuere neceſſario añadir, o hazer en ella alguna declaracion, ſe haga.*

N.141 Ex quibus verbis multa ponderanda ad noſtrum propoſitum inferuntur. Primum. Quod Regia Maieſtas concedit noſtram legem nec obſeruatam eſſe, nec obſeruari poſſe. Cum his non reſpondeat, & ſic tacite concedat, imo dicat quod interim dum huic prouidetur, &c.

N.142 Secundum quod per legem noſtram prohibitæ non erant meliorationes, per taxam, vel vt melius dicam, taxa legis non præiudicabat legitimas, nec à lege impoſita fuit in præiuditiū earū, ibi: *Para que las mugeres no puedan lleuar en dote mas de lo que les cupiere de ſus legitimas.*

N.143 Tertium, ibi: *Y hagan guardar, cumplir, y executar*; non iubet noſtram legem obſeruari, ſed quod Conſiliarij Regij, eam & obſeruari, & exequi faciant. Et hoc non vt ſic ſonat ſed. *Y ſi para que mejor ſe guarde, y execute, fuere neceſſario añadir, ò hazer en ella alguna declaracion, ſe haga.* Ergo Rex fatetur has declarationes, ampliationes, vel limitationes præcedendas, vt lex obſeruari poſſet?

N.144 Vltimum: Quod cognito, quod hæc requiſita ſint neceſſaria, non conſtat vel interueniſſe iam, vel præceſsiſſe vſque hodie, nec quod Regij conſiliarij iuſsiſſent noſtram legem obſeruari. Cum quibus etiam conuincitur Azeuedo, qui hæc Comitia Matriti anni 1573. trahit ad probandum noſtram legem obſeruari, cum imo ex illis contrarium pateat.

Nam

N. 145 Nam lex, quæ ab vſu non eſt recepta, nec obſeruanda eſt, nec obſeruari debet, nec, quamuis ſit Canonica, in foro interiori obligat, *cap. in iſtis, 6. leges, 4. diſt. leg. de quibus, ff. de legib* Dueñas *regul. 79. ampliat. 5.* Ioann. Gutierr. *de iuram. confirm. 1. part. cap. 38. num. 9.* Dom. Couarr. *lib. 2. var. cap. 16. num. 6.* & latè Dom. Salgado *de retent. Bull. 1. par. cap. 2. num. 115.* Et ex Theologis Nauarr. *conſ. 1. de conſtit quæſt. 5. & 6. à num. 23. & conſ. 18. de Statu Monach. & conſ. 44. à num. 4. de ſentent. excomm.* Ioann. Azor. *in Summ. lib. 5. cap. 4.* P. Thom. Sanch. *de matrim. lib. 3. diſp. 18. num. 1.*

N. 146 Nam lex ſemper intelligitur promulgata, ſub conditione tacita, ſi vſu recepta fuerit, vt in dictis locis Dom. Couarr. Dom. Salgado *num. 117. & ſeqq.* Nauarr. *num. 33.* & Gutierr. & Fr. Eman. Rodrig. *in Summ. tom. 1. cap. 193. num. 9. & tom. 1. quæſt. regul. 6. art. 10. 11. & 12.* quæ fuit ſententia originalis Dominici *in cap. 2. de cõſtit.*

N. 147 Ex quibus omnibus manifeſta remanet noſtræ quæſtionis reſolutio, quod lex Matriti non lædat in aliqua parte legitimam filiæ dotatæ, nec prohibeat, quod ratione matrimonij poſsit meliorari; nec taxa ab ea præfixa compræhendat legitimam Sed quod quando à legitima excedatur valeat exceſſus, dummodo taxa obſeruetur. Conſtat itidem hanc taxam nunquam obſeruatam fuiſſe. Imò nec legem, nec deberi obſeruari. Nec exequi, nec vſque hodie obſeruatam fuiſſe. Et multos exceſſus in ea contineri.

# QVARTA QVAESTIO.

AN talis facultas Regia dicatur obrreptia, & ſubrreptitia, & propter hoc nullum effectum pariat? Et affirmatiuè reſpondetur.

*SVMMARIVM.*

*EX obrreptionis, vel ſubrreptionis defectibus reſcripta ſunt nulla. num. 1.*

*Subrreptio eſt quando tacetur verum: Obrreptio, quando exprimitur falſum. num. 2.*

*Subrreptio, & obrreptio ſunt ſinonoma. num. 3.*

*A pari procedunt, licet in obrreptione ſit maior dolus, ibid.*

*Facultas Regia nihil prodeſt adepta per ſiniſtram relationem. num. 4.*

*Eſt ipſo iure nulla. num. 5.*

*Impetrans tacens veritatem caret impetratis. num. 6.*

*Et eſt nullum omne eius virtutẽ factum. num. 7.*

*Obreptione obtentum non debet exequi num. 8.*

*Reſcripta habent tacitã cõditionẽ ſi preces veritate nitantur n. 9.*



*Et ſic*

*Et ſic deficiente veritate relationis deficit in Principe voluntas. num. 10.*
*Imo ad eſt voluntas non concedendi. num. 11.*
*Et dicitur Princeps circunuentus. num. 12.*
*Dolus præſumitur in eos, qui Principi ſubrrepſit. num. 13.*
*Mentiri Regi graue eſt. num. 14.*
*Pœna imponitur taliter impetranti, & iudici exequenti. num. 15.*
*Ponderatur l. quæ ex relationibus 2. Cod. de legib. & conſtit. Principum. num. 16.*
*Facultas Regia non cadit ſuper ignoratis à Principe. num. 18.*
*Nec extenditur ad caſum incogitatum. num. 19.*
*Princeps pater reipublicæ. nu. 20.*
*Indignum ei eſt alterius tertij ius lædere vno reſcripto. num. 20. & ſeq.*
*Nec de plenitudine poteſtatis poteſt. num. 22.*
*Maxime non adſiſtente cauſa ex parte illius, cui præiuditium infertur. num. 23.*
*Princeps obſeruare debet id, quod conuenit, vel capitulat. num. 24. & ſeq.*
*Principi facienda eſt mentio iuris tertij, etiam conditionalis, vel parui momenti, aliàs corruit reſcriptum. num. 26. & ſeqq.*
*Pronomen veſter eſt poſſeſsiuum. num. 29.*
*Proprium quid dicatur. num. 30. & ſeqq.*
*Dicitur illud, quod nulli obligationi affectum eſt. ibid.*
*Opponitur cõmuni. nu. 35. & ſeq.*
*Facultas regia redditur nulla ex eo ſolum, quod non fiat relatio clara de omnibus qualitatibus rei. num. 37.*
*Idem in diſpenſatione. num. 38.*
*Idem in inueſtitura feudi. nu. 39.*
*Priuilegia ſubreptitia præſumuntur ex diminutione iuris tertij. num. 40.*
*Scientia Principis debet apparere ex impetrationis relatione. num. 41.*
*Relatio debet fieri explicite, & cũ omni qualitate, ibid.*
*Et ita expreſſe, vt nullo modo Princeps decipi poſsit, ibid.*
*Quod ex verbis facultatis non colligitur extra mentem concedentis eſt. num. 42.*
*Si in parte ſit ſubrreptio, in totum facultas Regia annullatur. num. 43.*
*Subrreptio vitiat impetrationes, ac reſcripta. num. 44.*
*In minimo etiam datur ſubrreptio. num. 45. & ſeq.*
*Etiam ex inuolucro verborum. num. 47.*
*Obrreptio vitiat omnes gratias, & reſcripta. num. 48.*
*Idem in ſubrreptione. num. 49.*
*Subrreptio etiam per ignorantiam vitiat. num. 50.*
*Ratio. num. 51. & ſeq.*
*Obrreptio, vel ſubrreptio illius, quod redderet dificiliorem Principem, ad concedendum, quamuis concederet, vitiat omne. num. 53.*
*Vel quando non tam facile concederet. num. 54.*
*Vel quando non ita leniter. ibid.*

*Vel quando ex falſa expraſsione, etiam ſuperflua, dum ex ea facilius fuit ad concedendum. num. 55.*

*Vel quando conceſsiſſet, ſed cum aliquo moderamine, aut additamento. num. 56.*

*An ſit cauſa, quæ redderet difficiliorem Principem iudicis arbitrio relinquitur. n. 57. & ſeqq.*

*Reſcripta gratiæ ex ſubrreptione ſunt ipſo iure nulla, iuſtitiæ annullãda ope exceptionis. n. 60.*

*Ratio differentiæ. num. 61.*

*Clauſula* de mi proprio motu, y cierta ſciencia, *vitia obrreptionis, & ſubrreptionis excludunt. num. 62.*

*Contrarium verius de clauſula ex proprio motu. num. 63.*

*Et de clauſula ex certa ſcientia. num. 64.*

*Reſtringuntur ad ſpecificata, & habent effectum, quando proceſſus eſt cum cauſæ cognitione. num. 65.*

*Principis non probatur ſcientia, quanuis dicat ſe bene informatum, ſi aliquid facit ad poſtulationem alterius. num. 66. & ſeq.*

*Non operantur vltra concedentis intentionem. num. 68.*

*Princeps tum facit ex certa ſcientia, quando ei narratur integrum, & verum factum. num. 69.*

*Maximè nihil operantur dictæ clauſulæ, quando taciturnitas ius tertij comprahendat. num. 70.*

*Ex ſubrreptione hac clauſulæ ipſam ſubrreptionem patiuntur. num. 71.*

N. 1. CIRCA hanc quæſtionem planum eſt in iure, quod propter defectus obrreptionis ſunt talia reſcripta nulla *cap. ad audientiam el* 2. vbi Innoc. Ioann. Andr. & alij DD. *cap. ſuper litteris* 20. *cap. poſtulaſti* 27. & vtrobique DD. *de reſcript. cap. ſi motu prop.* 23. *de prabẽd. in* 6. *cap.* 2. *de filijs presbyter. in* 6. *leg ſi quis obrrepſerit* 29. *ff ad leg. Cornel. de falſis, leg. ſed ſi hac.* 10. *§. patronum, ff. de in ius vocc. leg. idem Vlp.* 14. *de excuſat. tut leg.* 2 *leg. et ſi legibus* 5. *Cod. ſi contra ius, vel vtilit. pub. leg. fin. Cod. de his, qui à non Domino*, Abb. *in cap. cæterum num.* 6. *de reſcript.* Bald. *in leg. præſcript. nu.* 1. *Cod. ſi contra ius vel vtilit. public.* Socin. *conſ.* 13. *col.* 3. *conſ.* 164. *col.* 2. *conſ.* 169. *in princ. vol.* 1. Socin. Iun. *conſ.* 77. *num.* 82. & 84. *vol.* 1. Paul. Caſtr. *conſ.* 369. *num.* 2. *lib.* 1. Beroi *conſ.* 13. *num.* 13 *conſ.* 65. *num.* 129. Paril. *conſ.* 31. *num.* 22. *vol.* 1. Crauet. *conſ.* 68. *nu.* 2. Menoch. *conſ.* 1. *n.* 399. Farin. *conſ.* 3. *num.* 3. & *per totum lib.* 1. & ex alijs Bapt. Cæſar. 3. *part. diuerſ. conſ.* 7. *num.* 30. Paul. Rub. *deciſſ. Rot. Rom.* 94. *num.* 60. *par.* 2. Dom. Præſſes Couart. *lib.* 1. *var. cap.* 20. *n.* 1. & 5. Alex. Trentacino *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 5. *num.* 2. Card. Thuſch. *pract. litter. O. concl.* 50. *num.* 3. & *littera S. concl.* 722. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *centur.* 2. *caſu* 201. & multis ex his citatis Dom. D. Iuan Bapt. de Larrea, *deciſs.*

*fiſcali*

*fiſcali* 91. *num.* 12. *& per totam tom.* 2.

N. 2. Et licet ſubreptio ſit, quando tacetur verum *d. leg. ſed ſi* 10. *§. patronum ff. de in ius voc.* quaſi ſubripere conſiſtat in taciturnitate, veritatis obreptio quando exprimitur ſcienter falſum *leg. ſi quis obrepſerit* 29. *ff. de falſis.* Alex. Trentacinq. *vbi ſupra num.* 1. Et ex Viuian. Didac. Perez, P. Thom. Sanchez, Menoch. Bernard. Græuæ. Aug. Barboſſ. *in collect. ad d. cap. ſuper litteris* 20. *num.* 7. *de reſcript.* Dom. Larrea, *dict. dec.* 91 *num.* 1.

N. 3. Verius eſt, quod ſubreptio & obreptio ſunt ſinonoma, & vt idem promiſcue accipiuntur, vt probatur ex dict. *§. patronum*, vbi obreptio appellatur, cum quis celat conditionem ſuam. Et ex leg ſi fideiuſſor, 29. *§. ſi cum ff. mandati*, vbi obreptio ſimiliter vocatur quando tacetur veritas, *& ex leg.* 1. *Cod. ſi nupt. ex reſcript. pet.* vbi quod appellatur ſubreptitium, poſtea obreptitium denominatur, & ſic vnum pro alio capitur, docent Bald. *in leg. præſcriptione.* 3. *col. Cod. ſi contra ius vel vtilit. publ. & in leg.* 1. *Cod. ſi nupt. ex reſcript.* Et ex Cic. & Plinio Budæus *in annotat. pandectar. in d. leg. ſi quis obrepſerit.* Farinac. *deciſ. poſth. tom.* 1. *dec.* 607. *num.* 5. Paul. Duran. *dec. Rot. Rom.* 285. *num.* 113. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 1. *de reſcript. & priuileg. reſol.* 5. & ex Dec. Rebuff. & Menoch. P. Thom Sanch. *de matr. lib.* 8. *diſput.* 21. *num.* 2. Et in terminis facultatis Regiæ Dom. Salgado, *in labyrinth. credit.* 1. *part. cap.* 37. *num.* 4. Et quacunque conſideretur, à pari procedunt, licet in obreptione maior ad ſit dolus Proſper. Farinac. *dec. crim.* 288. *num.* 3. *tom.* 2.

N. 4. Ex quibus infertur dictam facultatem Regiam, nihil prodeſſe ademptam per ſiniſtram relationem *d. cap. poſtulaſti. cap. ad aures.* ibi: *Nomen dignitatis ſupreſſit, vires nollumus obtinere, cap. ad audientiam*, & ibi communiter DD. *de reſcript. cap. ſi motu proprio de reſcript. in* 6. ibi: *Veluti ſubreptitia vires nollumus obtinere cap. ſuper litteris* 20. *de reſcriptis.* ibi: *Qui priori modo falſitatem exprimunt, vel ſuprimunt veritatem, in ſuæ peruerſitatis pœnam, nullum ex illis litteris commodum conſequantur Clem.* 1. *de præbend.* Quibus conſonat *leg.* 1. *§. quæſitum ff. de appell.* ibi: *Si enim docuerit, vel falſo, vel non ita ſe habere, quæ ſcripta ſunt, nihil à nobis videtur impetratum & leg. pen. Cod. ſi contra ius, vel vtilit. publ.* ibi: *Mendax precator careat penitus impetratis* & ex iure noſtro Regio *leg.* 39. *tit.* 18. *partit.* 3. ibi: *Tal carta como eſta non debe valer, por que fue ganada como non debia, encubriendo la verdad.*

N. 5. Ideoque regia illa facultas eſt ipſo iure nulla, vt vltra prædicta iura probatur ex *cap. quod ſuper his de fide inſtrum. ex cap.* 2. *de filijs presbyt. in* 6. & docent Menoch. *conſ.* 1. *num.* 399. Achill. Pedroch. *conſ.* 1. *ex num.* 173. Petr. Surd. *dec.* 308. *num.* 17. Menoch. *de arbitr.*

*lib.2.cap.201.num.2.16.& 17.* Bernard. Græuæ *ad practicam Cameræ Imper.lib.1.concluſ.14* Bapt Leonel. *titul. de ſubrrept. reſcripti quæſt.1 art.3.* Dom. Præſes Gouarr. *lib.1. var. cap. 20.num.5.* Aug. Barboſſ. *in collect. ad d. cap ſuper litteris 20.num.7. de reſcript.* Et ex Felin Bald. Anchart. & Socin.Iun. Trentacinq. *d reſol.5.ex num.2 cum ſeqq.* Et ex Innoc. Abb Grammat. & Math. de Afflict. Mieres *de maiorat. 1. part. quæſt.3. num.6.& 12.* Et per plu[r]es leges Regias *quæſt.9.col.2.* Et magis in terminis Dom. Salgado *in labyrinth. credit. 1.part.cap.37.num.5.& 15.* omnino videndus.

N. 6. Dom. D. Ioann. Bapt. de Larrea *d. dec.91.num.15.* ibi *Tum etiã, qui impetrat aliquid à Principe, etiam ſi non exprimat falſum in relatione, ſed ſolum taceat veritatem, quam non potuit ignorare, committit dolum & in eo eſſe præſumitur Aym. Crauett. conſ. 68. num. 21. Alex. conſ.93.num.6 verſ. non obſtat.lib.6. Maſcard. concluſ. 1065. num. 9. Pelaez à Mieres de maiorat.1. part. quæſt.9. num.7. & merito ideo caret impetratis leg. ſed & ſi legibus 5. Cod. ſi contra ius, vel vtilit. publ. cap. ſedes 15. cum ſeqq. de reſcript. iunctis alijs cumulatis à Mieres vbi proximè num.4. cum ſeq.*

N. 7. Et non ſolum irruit propter talia vitia facultas Regia, ſed euaneſcunt ſimiliter omnia eius virtute conſtructa, & ſic omnis diſpoſitio facta à prædicto Petro, vt expreſſus adeſt textus *in leg.38. tit.18. partit.3.* ibi *Que toda coſa, que por ella ſea fecha, non debe otro ſi valer.* Auguſt. Barboſſ. *in dict. cap ſuper litteris num.7.* ibi: *Vnde reſcriptum ſubreptitium, & quidquid ab eo pendet, eſt ipſo iure nullum Menoch. conſ.1.num.399. Bapt. Leonel. tit. de ſubrrept. reſcripti quæſt. 1, art.3. Bernard. Græue ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. concluſ.14.*

N. 8. Sic obreptione obtentum non debet exequi D. Franc. Hier. Leo *dec. Valentiæ 21. num. 12. tom. 1.* Sic ſi narratio non eſt vera, vel omnium qualitatum non ſit, corruit facultas Regia, & hypotheca eius virtute cõſtituta nullam parit obligationem, vt ex Socin. *conſ.258. col. fin. verſ.4.* tenet Bertazola *clauſ.4.gloſſ.14. num.3.* Carleual *de iudic. tom. 2. tit. 3. diſp. 23. n. 9.* & ex eis Dom. Salgad. *in labyrint. credit. 1. part. cap. 31. num. 14. & 20.* Sic datio executoris in talibus reſcriptis nulla eſt, nec ex eis aliqua executori facultas conſideratur attributa, ex infinitis Dom. Salgado *de Reg. protect. part.3. cap.3. num.57.*

N. 9. Eorumque ratio in promptu eſt: Nam facultas Regia, & omnia Principum reſcripta, habent in ſe tacitam conditionem, ſi preces veritate nitantur, *cap. 2. de reſcript.* Et ſic ad propoſitum argumentatur P. Thom. Sanch. *de matr. lib.8. diſp. 21. num.31.* & Dom. Larrea *d. dec. 91. num. 13.*

N. 10. Et ſic deficiente veritate relationis, vel tacita, vel ſuppreſſa, defi-

deſſit in Principe voluntas, quia in ignoratis, nec datur, nec intentio, ut per plura P. Thom. Sanch. *d. lib. 8. diſput. 4. per totam.* præcipuè *num. 11. & ſeqq.* Marcſcot. *var. reſol. lib. 2. cap. 15. ex num. 40.* & ex eis ad propoſitum Dom. Salgado *in laberynt. credit. 1. par. cap. 37. num. 45.*

N. 11. Imo, non ſolum non datur voluntas concedendi, ſed adeſt voluntas negandi, & ſic nolluiſſe concedere intelligitur, Menoch. *conſ. 112. num. 22.* & ex eo ad propoſitum Auguſt. Barb. *in d. cap. ſuper litteris 20. de reſcript. num. 9.*

N. 12. Et concedendo talem facultatem dicitur circunuentus *text. in cap. conſtitutus de reſcriptis.* ibi: *Et de hoc memoratus P. non feciſſet in ſuis litteris mẽtionem, intelligendum erat circunueniſſe Prædeceſſorem noſtrum.* Et in *leg. fin. Cod. de his qui à non domino manumiſſ.* ibi: *Fallendo Principis conſcientiam. leg. 53. tit. 18. partit. 3.* ibi: *E engañar a aquellos que dan las cartas, y facerles errar en ellas.*

N. 13. Præſumitur enim dolus in eo, qui Principi ſubrrepſit, vt cum Bald. & Abb. ſcribit Crauett. *conſ. 68. num. 11. & conſ. 282. num. 8.* Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 3. num. 54.* Pelaez à Mieres *de maiorat. 1. part. quæſt. 8. num. 4.* & ex Alex. Maſcard. & alijs Dom. Larrea, *vbi ſupr. num. 259.*

N. 14. Imo multum graue eſt Regi mentiri, vel falſum dicere, vt probatur *ni leg. 2. tit. 7.* vbi dicitur quod falſum committit. Et idem probatur *in leg. 6. tit. 7. part. 1.* & in *leg. 5. tit. 13. part. 3.* Et ex eis Mieres, vbi proximè *quæſt. 9.*

N. 15. Et lex Regni non ſolum tales facultates non ad impleri iubet, ſed eas impetranti pænam adſcribit *d. leg. 53. tit. 18. partit. 3.* Et velut reſcripta, quæ præiuditium iuris tertij comprælhendunt, licet obedire, non exequi præcipiuntur *leg. 2. tit. 14. lib. 4. recop.* Et pæna impoſita eſt iudici ea exequenti, *in leg. 5. eiuſdem tit.*

N. 16. Fabet ad propoſitum *tex. in leg. quæ ex relationibus 2. Cod. de legib. & conſtit. Princip.* vbi impoſita pæna, diſpoſitioni Principis in talibus, contrauenientibus, eadem pæna imponitur eas per ſiniſtram relationem impetrantibus, & ſic quod diſpoſitum ab impetratoribus in vna cauſa, aut lite: *Nec generalia iura ſint, ſed leges faciant his duntaxat negotijs, atque perſonis, pro quibus fuerint promulgata, nec ab aliquo retractentur: notam infamiæ ſubituro eo, qui vel aſtute eas interpretari voluerit, vel impetrato impugnare reſcripto; nec habituro fructum per ſubrreptionem elicitu.*

N. 17. Quæ enim ſubrreptio euidentior quam in hoc caſu ad eſt? cum Petrus Principi taceret pactum, quod interuenit in celebratione matrimonij inter Ioannem, & Mariam eius filiam, aſignãdo eius in dotem tertium, & reſiduum quinti bonorum Petri, hoc medio

ad irreuocabilitatem adſtringendo ſuam voluntatem, quam in præcedenti teſtamento docuerat? poterat ne ad ignoratam cauſam intentio Principis extédi? talia ne incogitata cópræhendere?

N.18. Nam facultas Regia non cadit ſuper ignoratis à Principe, vt ex plurimis Petr. Surd. *dec.189.num.33.& ſeqq.* Dom. Paz. *de tenut. cap.57.num.330. & ſeqq. & ex num.324. & 340.* Dom. Caſtillo, *controuerſ.tom.6.cap.116.num.6.& melius tom.5.cap.89.num.119. per duas col.* & ex eis Dom. Salgado *in laberynth. credit.1.part.cap. 37.num.46.*

N.19. Nec ad caſum extenditur incogitatum *leg. qui cum tutoribus §. fin leg. cum Aquiliana ff. de tranſact.* Andr. de Iſſernia *in cap. 1. qui ſucceſ. teneantur.* Franciſcus de Ponte *in tit. de poteſtate Prorregis tit. de regalibus impoſit §.7 num.39. & de refut. feudi §.5 num. 22.* Marin. Frac. *in tit. de ſubfeud. varon. pag.182. num.5.*

N.20. Nam cum Princeps ſit Pater Reipublicæ vt Seneca *de clementia cap.20. & facit l.3 ff. de offic. præfect. vigil.* iniurioſſum, & indignum maieſtati eius eſſet ius tertij, (& tam magnum, veluti hoc in caſu eſt, & ex titulo oneroſſo) vigore vnius reſcripti aufferre *leg. In ciuile 12. Cod. de rei vendic.* ibi: *In ciuile, atque inaſitatum eſt, quod poſtulas, vt mancipium, quod tradidiſti, & eo modo dominium eius tranſtulliſti, nunc eo ex noſtro reſcripto tibi aſsignetur* concordat *leg. de contractu 3. Cod. de reſcind. vendit.*

N.21. Melior Text. *in leg. nec auus 4. Cod. de emancipat. liber.* ibi: *Nec in cuiuſquam iniuriam beneficia tribuere moris eſt noſtri leg. authoritatem 3. Cod. vnde vi.* Harprect. in addit. ad Iull. Clar. *lib. 3. ſentent. §. teſtamentum quæſt. 2 num.20* ibi: *Tam, qui a iniurioſum eſt, & indignum maieſtate regnantis alicui quæſitum ius vigore cuiuſdam reſcripti aufferre arg. leg. id quod noſtrum ff. de regul. iur. leg. cum te 9. Cod. de donat. ante nupt. leg. in ciuile 12. Cod. de rei vendic. aut contra iuſtum alterius iniuria vana, atque inania beneficia conferre* notat etiam Gotofred. *in dict. leg. cum te littera V.*

N.22. Quando enim perſuaderi, nec præſumi nobis in mentem veniet Principem voluiſſe ius adquiſitum ex tali pacto Mari.æ, & quod maius eſt, Ioanni eius viro tollere, vel præiudicare ex tali Regia facultate? cum imo nec de plenitudine poteſtatis poterat. Vt late traddunt plures, quos referunt, ſequunturque Ceuallos *comm. contra comm. quæſt. 577.578. & 579.* Fachineus, *controuerſ. iur. lib.8. cap.63.* & Dom. D. Ioan. del Caſtillo, *quotid. controuerſ. iur. tom.3. cap.6. à num.1. & cap.28. num.1. cum aliis.*

N.23. Maxime non adſiſtente cauſa ex parte illius, cui præiudicium infertur *leg. titius puerum ff. de obſequijs à liberis,* Pinellus, *in rubr. Cod. de reſcind. vendit. 1. part. num.8.* Nauarro, *de ſpolijs §. 3. num.5.*

Ex

Ex quibus Dom. Larrea, *d. decis. fiscali 9. num. 19.*
N. 24. Sunt te xtus individualibus in terminis *in d. leg. cum te 9. Cod. de*
*donat. ante*, ibi. *Cum te ſponſæ filij tui quædam donaſſe, confiten-*
*ris, perfectam donationem reſcindi, nec noſtro oportet reſcripto, quam*
*ſua voluntas, iuriſque authoritas fecit ratam. in leg. ſi donationem*
*5. Cod. de reuoc. donat.* ibi. *Si donationem rite feciſti, hanc authoritate reſ-*
*cripti noſtri reſcindi non oportet.*
N. 25. Et ſi Princeps *obſeruare debet id, quod conuenit, & capitulauit, &*
*ſub qua conditione, & non aliàs eſſet taliter contracturus.* Vt ſunt ver-
ba, & doctrina infinitis iuribus, & authoritatibus munita Dom.
D. Ioann. Bapt. Valenzuela Velazquez *conſ. 2. num. 72.* multo me-
lius intelligendum in noſtram mentem venit obſeruaturũ pactũ
factum inter prædictos Petrum, & Ioannem, pro aſsignatione
dotis Mariæ, cuius vi, & intuitu matrimonium effectum fuit ſorti-
tum, quod aliàs non fieret.
Talis enim iuris tertij obnoxius fuit Petrus mentionem Princi-
N. 26. pi facere, quamuis tale ius Ioannis, vel Mariæ, eius vxoris parui
eſſet momenti, vel conditionalis, huiuſque propter defectum fa-
cultas illa Regia corruit. Vt doctiſsime Dom. Larrea, *num. 11.* per
hæc verba. *Sed & cuiuſque iuris tertij mentio facienda eſt in petitio-*
*ne, & cap. ſi motu proprio de præbend. in 6. etiam ſi illud ius tertij non*
*eſſet efficax Alex. vol. 5. conſ. 3. num. 6. Rol. à Valle. vol. 3. conſ. 10. nu.*
*12. & quamuis ius tertij ſit conditionale Geminian. conſ. 107. per tex. in*
*cap. cum olim de re iud. Et expreſſe, vt prædiximus, ita facienda eſt vt*
*nullo modo Princeps decipi poſsit. cap. in noſtra,* ibi. *Expreſſum de reſ-*
*cript. Grammat. dec. 66. num. 19. faciunt verba text. in leg. eam, quæ com-*
*mendandi 43. ff. de contrah. empt.* ibi: *Qui non tantum in eo eſt, qui fallẽ-*
*di cauſa obſcurè loquitur, ſed etiam qui inſidioſe obſcurè diſſimulat leg.*
*1. §. 1.* ibi: *Palam ff. de edilit. edict. Crauett. conſ. 78. num. 3. Socin. Iun.*
*lib. 1. conſ. 77. num. 97.*
Quæ enim maior fraus, quis euidentior dolus, quam Principi
N. 27. tacere rem ita grauem, ius tertij tam magni momenti? Quando de-
eo Princeps ſe cauiſſe videtur. Et ita ſuam mentem declarauit, &
quod non erat ius tertij præiudicandi, & pro conditione poſſuit
quod facultas Regia valeret, effectumque ſortiretur nullo iuris
tertij damno adueniente, vt ibi: *Y otro ſi con tanto que los bienes de*
*que aſsi lo hizieredes ſean vueſtros proprios, porque mi intencion, y vo-*
*luntad no es de perjudicar en ello a mi Corona Real, ni a otro tercero al-*
*guno.* Potuit ne magis ſuam manifeſtam voluntatem facere? po-
tuit ne apertius legem dicere Princeps?
Et vltra, quod ex vulgari ſermone conſtat per prædictam clau-
N. 28. ſulam, conſtat ex illa dictione, *Con tanto.* Quæ conditionem
importat

importat vt dicemus *quæſt. 5. à num. 1. cum ſeqq. & per totam quæſt.*

Et ſic Princeps in tantum voluit facultatem Regiam concedere Petro, in quantum maioratus, qui ab illo inſtitueretur, fuiſſet ex bonis ſuis liberis, & proprijs, nulli obligationi obnoxijs, nulli oneri affectis. Quod nullatenus adaptatur ex tali pacto inito.

N. 29. Quod Princeps expreſſe inſinuat per verbũ illud, *vueſtros*. Quod eſt pronomen poſſeſsiuum vt Terent. *And. 4. 5. 26.*

> *Cuius puerum hic apoſuiſti dic mihi*
> *M. tu neſcio? D. mitte id quod ſcio, dic quod ergo:*
> *M. veſtri. D. cuius noſtri? M. Pamphili:*

Et iden. Terent. *Eunuch. 5. 9. 36. non cognoſco veſtrum tam ſuperbũ*

N. 30. Et melius per verbum *Proprios*. Nam proprium dicitur, quod ita proprium eſt noſtrum, quod contra illud nullus actionem vllam habeat, nec tollere poſsit, & vt vno verbo dicam, quod nec oneri, nec obligationi alicui eſt affectum. Sic Dioniſius Lambinus *in comment. ad Horatium epiſt. lib. 2. proprium eſt, quod nunquam nobis eripi poteſt, & quod perpetuo retinere licet*, & poſtea: *Proprium autem idem valere plerunque, quod perpetuum, aut certe diuturnum, vt ex probatis linguæ latinæ Authoribus intelligere licet*, vbi multis bonarum literarum ſcholijs comprobat.

N. 31. Quod concurrere in bonis dicti Petri non poteſt, niſi prius ſatisfactum fuiſſet Ioanni, & ſoluta dos promiſſa Matiæ, eius vxori, quæ componitur ex vigore talis pacti, ex tertio, & reſiduo quinti, bonorum Petri, ſicuti quamuis tale pactum non valere affirmaremus ex meliori ſententia, quod abſit, prius deberet tale pactũ nullum declarari, ex ſentẽtia in rem iudicatam tranſacta, vt talia bona Petri, tali obligationi non eſſe obnoxia dicerentur.

N. 32. Imo talem adeſſe huius verbi *Proprios*, vigorem in ſuo naturali, & vero ſenſu, vt non adimpleatur, niſi in perpetuo. Eleganter demonſtrauit Horatius, loco relato:

> *Sed vocat vſque ſuum, qua populus adſita certis*
> *Limitibus vicina refugit iurgia: tanquam*
> *Sit proprium quicquam, puncto quod mobilis horæ*
> *Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc ſorte ſuprema*
> *Permutet dominos, & cedat in altera iura.*

N. 33. Terent. *And. Ego vitam Deorum propterea ſempiternam eſſe arbitror, quod voluptates eorum propriæ ſunt*. Et poſtea: *Nihil ne eſſe proprium cuiquam?* Iden Horat. *Satyr. 6. lib. 2.*

> *Nihil amplius oro*
> *Maia nate, niſi vt propria hæc mihi munera faxis.*

Idem *Satyr. 2.*

> *Nunc ager Vmbrenij ſub nomine nuper Ofelli*

Dictus

*Dictus erit nulli proprius.*

Virgilius, *in Melibeo*

*Si proprium hoc fuerit leui de marmore tota*
*Puniceo ſtabis ſuras euincta cothurno.*

Idem *lib. 6. Æneid.*

*Propria hæc ſi dona fuiſſent.*

N. 34. Lucilli *lib. 17. Satyr. cætera contẽnit, & in vſura omnia ponit non magna: proprium vero nil neminem habere.* Attius. *Armor.* Iudicio *Nam non facile ſine Deum opera propria humana ſunt bona.* Cic. *poſt reddittum in Senatu. quod vere dixerat, ſi illud de duobus Conſulibus, quod ante in republica nõ fuerat, peremne, ac propriũ manere potuiſſet.*

N. 35. Nam proprium opponitur communi, & omni rei, quæ alterius cum iure participationem habeat. vt idem Lambinus, *ad Horatium de art. poet. verbo pun mat. prin. Opponitur autem commune proprio, vt Cic. pro Sylla tempus agendi fuit mihi magis proprium, quam cæteris, doloris vere, & periculi fuit illa cauſa communis. Idem epiſt. ad Dol. lib. 9. quod me amas id tibi commune eſt cum multis: quod tu ipſe tam amandus es, tamque dulcis, tamque in omni genere iucundus, id eſt propriè tuum.*

N. 36. Sicque data Petro à Principe facultate, vt maioratum inſtitueret omnium ſuorum bonorum, dum propria eius nominarentur, hoc eſt, eorum, quæ nec oneri, nec obligationi affecta reperirentur, non intelligitur data facultas ad bona Petri, quæ legitimam ſuæ filiæ Mariæ, nec tertium, & reſiduum quinti eorum compræhenderent; nam hæc omnia ei promiſſa antea erant in dotem, cum nuptias iniret cum Ioanne. Sicuti prædictis verbis Princeps ſequentia, maioris ſui animi declarationis vi, contexuit: *Porque mi intencion, y voluntad, no es de perjudicar en ello a mi Corona Real, ni à otro tercero alguno.*

N. 37. Et ſi facultas Regia nulla propter ſubrreptionem redditur ex eo ſolum quod non fiat relatio clara de qualitatibus omnibus rei. Vt ex Sigiſmundo, *conſ. 47. ex num. 1. cum ſeqq.* Gozadin. *conſ. 26. num. 4.* Carol. Ruin. *conſ. 168. num. 25 lib. 2.* Socin. Iun *conſ. 77. nu. 84. & 85 lib. 1.* Neuizan. *inter conſilia Bruni conſ. 12. num. 17.* & Oſaſc. *dec. pedemont 166. num. 2.* Dom. Salgado, *in laberynth. credit. 1. part. cap. 37. num. 9* & Ciriac. *controuerſ. 219. num. 26 tom. 2.*

N. 38. Quod in diſpenſatione Sacra tenuit Rom. Rota, apud Farinac. *dec. 72. num. 1 tom. 2. crimin.* Multo fortius quando non fuit Principi facta relatio, non vnius qualitatis ſolum, ſed vnius iuris tertij, tam conſiderabilis, tam maximi momenti, vnius crediti tantî roboris: & ſimilis contractus perfecti cum tertio, & cum maximo tertij damno.

T        Et

N.39. Et ſic eodem modo gratia dicitur, ſeu inueſtitura, ſubrreptitia, intentionis defectu, quando ignorans alium aliud in ea ius habere titulo oneroſo, aut ex benemeritis, Papa conceſsit, vt Pariſ. *cōſ. 11. num. 133. lib. 1.* Decian. *conſ. 18. nu. 385 vol. 1.* Roman *conſ. 298. num. 1.* Menoch. *conſ. 294. num. 20.* Et ex eis ſic a Sacra Rota deciſſum fuit, vt apud Farinac. *dec. 644. num. 1. tom. 2. recentior.*

N.40. Imo ex natura ipſa ſimilium Regiarum facultatum, aut priuilegiorum, ſtatim, quod conſtet, vel illas, vel hæc in aliquo præiuditium iuri tertij inferre, intelliguntur eſſe, & ſunt, ſi ex illo ſubrreptitia, ex hoc nulla arg. *leg. nec damnoſa 3. Cod. de precib. imper. offer.* Et elegantiſsimè Dom. Larrea *d. dec. fiſcali 91. num. 6.* ibi: *Et ita priuilegia ſubrreptitia præſumuntur ob diminutionem iuris alterius leg. nec damnoſa Cod. de precib. imper. offer. Bald. vol. 5. conſ. 300. Crauett. conſ. 296. col. 5. & conſ. 749. num. 25. quia tunc Princeps non videtur velle leg. 2. §. ſi quid à Principe & §. merito ff. ne quis in loco publico leg. 3. ff. de bon. libert. leg. item Labeo §. 1. ff. famil. herciſc. leg. ex facto in pr. ff. de vulg. Alex. volum. 1. conſ. 2. num. 4. & vol. 2. conſ. 49. conſ. 127. num. 3. & vol. 5. conſ. 3. num. 5. & 6. & conſ. 30. num. 2. & 3.* Ergo in prædicta facti narratione multo fortius hic, quando hæc voluntas manifeſta fuit à Principe in tantum concedente prædictam facultatem Regiam, in quantum nulli iuri tertij præiudicaret?

N.41. Taliſque enim ſcientia Principis debebat apparere ex impetrationis relatione ad hoc vt liberaretur à talibus ſubrreptionis defectibus, & validam acciperet firmitatem Fachineus, *controuerſ. lib. 10. cap. 67. pag. 1336.* & Dom. Salgado, *in laberynt. credit. 1. part. cap. 37. num. 46.* & hæc relatio ei debebat fieri explicite, & cum omni claritate *cap. dilectus filius 26.* & ibi gl. & DD. *de reſcript.* Et ex Ludouic Roman. Didac. Perez, & Roderic. Suarez. Dom. Larrea *d. dec. 91. num. 9.* Et ita expreſſè vt nullo modo Princeps decipi poſſet. *cap. in noſtra de reſcript.* Grammat. *dec. 66. num. 19.* & ex eis Larrea *num. 19.*

N.42. Et, quod ex verbis facultatis non colligitur, extra mentis intentionem eſt Proſper. Farinac. *dec. 114. num. 4. tom. 2. recent. & in nouiſſ. dec. 545. num. 9. 2. part.* Et, ſi ſubrreptio debet concludenter probari ab eam allegante Farinac. *dec. 440. num. 1. tom. 1. poſthum.* Ex eo ipſo, quod cōſtat de dicto pacto inter Petrum, & Ioannem in celebratione Matrimonij Mariæ, conſtat iam de manifeſta ſubrreptione.

N.43. Itaque etiam ſi in parte ſit ſubrreptio in totum Regia facultas annullatur, vel aliud quodcunque reſcriptum *cap. 1. & 2. de filijs Preſbyter. in 6. leg. fin. Cod. ſi contra ius, vel vtilit. publ.* ibi: *Careat*



*penitur*

*penitus impetratis*, Beroi *conſ. 88. num. 1. vol. 1.* Crauett. *conſ. 749. num. 29.* Grammat. *conſ. 162. num. 10.* Bolognet. *conſ. 2. num. 18.* Ex Abb. Cabarell. Dec Felin. Franch. & Rebuff. Auguſt. Barboſſ. *in collect. ad cap. ſuper litteris 20. num. 4. de reſcript.* Ex pluribus Mieres *de maiorat. 1. part. quæſt. 9.* Et ex multis Dom. Larrea *dict. deciſ. 91. num. 4. & 16.*

N. 44 Et ſic nulli eſt dubium, quod ſubrreptio vitiet impetrationes, ac reſcripta, & facultates Regias. Vt vltra ſupra traddita. *leg. quæ ex relationibus 2. Cod. de legib. & conſtit. Principum.* vbi Auguſt. Barboſ. *num. 7.* & per eum Trentacinq. Cardin. Tuſch. & P. Thom. Sanch.

N. 45. Et non ſolum, quando ſubrreptio cadit ſuper re tam magni momenti, ſed etiam ſi in minimo eſſet, deſtrueret, & deſtruit facultatem regiam, *text. expreſſus in cap. non poteſt 21. de præbend. in 6.* ibi: *Quantuncunque modicum arg. leg. ſi quis obrrepſ. rit. 29 ff. de falſis, leg. ſi legibus. 5. Cod. ſi contra ius, vel vtilit. publ. leg. ſi qua loca Cod. de fund. & ſalt rei dom. lib. 11. leg. 2. Cod. de diuerſ. apparit lib. 12. leg. 5. tit. 3. partit. 2. leg. 2. tit. 2. partit. 7.* & melior *text. in leg. 36. tit. 18. partit. 3.* Mieres *de maior. 1. part. quæſt. 3. num. 9.* Dom. Salgado *in laberynt. credit. 1. par. cap. 37. num. 8.*

N. 46. Et in terminis Rota Rom. apud Farinac. *dec. 435. num. 1. tom. 1. poſthum.* ibi: *Nec in hoc caſu ſuffragatur conductori beneplacitum Apoſtolicum obtentum, quia, cum præſupponat locationem iam factam, quæ verè non fuerat facta, ideo non ſuffragatur. Bald. in leg nec damnoſa num. 1. Cod. de prec. Imper. offer. Et quamuis replicaretur, quod beneplacitum potuit cadere ſub locatione ore tenus facta, tamen in hoc caſu ceſſat obiectum, cum in confirmatione præſupponatur locationem fuiſſe factam per inſtrumentum, ibi: Nos igitur inſtrumenti tenorem, &c. quæ ſubrreptio, cum verſemur in gratioſis, etiam quod minima ſit, eſt attendenda Card. conſ. 30. Put. dec. 397. lib. 1. Mandoſ. in reg. 32. de impetr. benef. vacant. per obit. fam. quæſt. 25. Pute. dec. 350. & 424. lib. 1. vbi etiam ſi aliàs Papa eſſet conceſſurus.*

N. 47. Et, quod magis eſt, etiam ſi ſit facta relatio Principi omnium qualitatum, ſed obſcure, & ita ex inuolucro verborum ſolum, inducitur ſubrreptio, & facultas regia nullius eſt roboris, vt ex Baldo, Crauett Gozadino, Socino, Socino Iuniore, Tiberio Deciano, Bolognetо, Farinacio, Abb. Ripa Grammat, & alijs Dom. Larrea *d. dec. 91. num. 10.* Et ex quamplurimis Dom. Salgado *in laberynth. credit. 1. part. cap. 37 num. 16. & ſeqq.* Et vltra ab illis relatos Rot. Rom. *Apud Farinac. dec. 425. num. 6 in fin.* Et Franc. Nigr Ciriac. *controuerſ. 160. num. 22. tom. 1. & controuerſ. 219. num. 20. tom 2.*

N. 48. Et quod ex defectibus obrreptionis, vel ſubrreptionis procedat

nullitas

nullitas in omnibus gratijs, & priuilegijs Principum; vltra prædi-
cta, & quod ad ea extendatur decisio textus *in cap. poſtulaſti 27. de reſcript. docent* Felin. *in cap. ad audientiam el. 2. num. 27. de reſcript.* Bald. *in leg. præſcript. ſub. nu. 11 verſ. ego dico Cod. ſi contra ius, vel vtil. publ.* Socin. Iun. *conſ. 77. nu. 83. vol. 1.* Ancharr. *conſ. 389.* Farinac. *lib. 1. conſ. 3. num. 10. & in nouiſsimis 2. part. dec. 452.* Et ita in Rota iudicatum teſtatur Beltramin. *in addit. ad Dom. Ludouiſ. dec. 108. num. 1. ad fin.* Dom. Larrea *d. dec. 91. num. 8.* Nicol. Garc. *de benefic. 6. part. cap. 2. num. 200.* Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib. 1. tit. de reſcriptis, & priuilegijs reſol. 5. num. 3.* Tuſch. *pract. littera S. concl. 720. num. 3. & 6.*

N. 49 Et in terminis ſubreptionis P. Thomas Sanch. *de matr. lib. 8. diſput. 21. num. 20.* vbi tractando de eodem *cap. poſtulaſti* dicit receptiſsimam ſententiam, & multis citatis Tiraquell. *in tit. ceſſante cauſa limit. 1. num. 12. & ſeqq.* Ioann. Gutierr. *lib. 2. quæſt. canon. cap. 15. num. 22.* Quia in materia ſubreptionis equiparantur, litteræ beneficiales, & priuilegia, ac quæuis gratiæ, vt traddunt Innoc. *in cap. cum dilectus num. 3. de reſcript.* & Bartol. Socin. *conſ. 270. ad fin. col. 2.*

N. 50 Vnde hoc ita euidentiſsime in caſu noſtro ſe habet, quod etiã ſi ignorãter committeretur ſubreptio in dicta facultate ex hoc, quod impetrans neſciret factum, & propter hoc, & non ex malitia, non faceret mentionem, adhuc nulla facultas eſſet *cap. ſuper gratia de offic. deleg.* docent Abb. & Felin. *in d. cap. ad audientiã.* Oldraldus, Beroius, Ruinus, Tiberius Decianus, Capicius, Neuizanus, Menochius, Bolognetus, Decius, Francus, Corneus, Tiraquellus, P. Thomas Sanchez, Cardin. Tuſch. Mieres, & alij relati, & ſequuti à Dom. Larrea *d. dec. 91. nu. 13.* quibus adde Alex. Trentacinq. *var. reſol. d. reſol. 5. num. 4.*

N. 51 Nam vt d. Dom. Larrea, *num. 14. quia gratia non aſumit vires ex narratione, & petitione ſuplicationis, ſed ex voluntate concedentis.* Sic eadem aſiſtit ratio, etiam ſi ignorantia probabilis ſit Dec. *d. cap. ſuper litteris num. 2. & 6.* & Trentacinq. *vbi proximè num. 5.* Et inde Dom. Larrea *num. 12. Et non aboletur ſubreptio ex conſenſu partis, quia non ex eo pendet, ſed ex Principis voluntate,* Crauetta *conſ. 592. num. 64. vol. 4.*

N. 52 Quis enim dicere, imo, nec præſumere audebit, quod ſi Principi facta integra relatio fuiſſet facti, & ille conſcius prædicti pacti, & ex titulo oneroſo, & ſic iuris tertij, idest, prædicti Mariæ filiæ Petri, & quod magis eſt, prædicti Ioannis, quod illam facultatem concederet? quis non dicet, Principe in hoc caſu reluctante, quod nullatenus illa concederetur?

N. 53 Quando ſemper reddit nullam gratiam, reſcriptum, vel facul-

tatem

tatem regiam ſubrreptio, vel obrreptio illius, quod ſi exprimeretur, vel non ſupponeretur, redderet dificiliorem Principem ad cōcedendum, quanuis conceſſurus eſſet *cap. ſuper litteris 20 cap. poſtulaſti 27 de reſcript.* Et vtrobique Abb Felin & DD. Abb. *in cap. conſtitutus num 5. de relig domib leg. 36 & ibi* D. Gregor Lup. *gl 2. tit. 8. part. 3. & in leg. 4 gl. 11. tit. 15. partit. 4.* Lanellot. Galiæ *conſ. 21. num 43 & 44.* Achill. Pedroch. *conſ. 1 ex num. 143.* Beroi *conſ. 88. num. 2.* Corne. *conſ. 34. col. 1 vol. 1* Gozadin. *conſ. 6. num 6.* Roman *conſ. 326. num. 11.* Nauarro *conſ. 9. an valeat. num. 1. de conſanguin. & affinc. & conſ. 1. de feud. num. 5.* Crauetta *conſ. 296. & conſ. 963. num. 25. vol. 4.* Dom. Valenzuela Velazquez, *conſ. 128. num. 6. & conſ. 188. num. 5. tom. 2.* Paul. Rub. *dec. Rom. 95. num. 61. part. 2.* Proſper. Farinac. *deciſ. 690. num. 4. tom. 2. poſthum. & dec. 440. num 1. & dec. 579. num. 4. tom 1 poſthum. & dec. 418. n. 1. tom. 1. recentior. & dec. 105. num. 1 & 3 & dec. 739. num 1. tom 2. rece & dec. 70. num. 1. & 2. & dec. 2880 num. 8. tom. 2. crimin.* D. Larr *d. dec. 91. num. 5.* Et cum multis ir additis Pelaez à Mieres *de maiorat. 1. part. quæſt. 3. num. 3. & 4. part quæſt. 11 num. 17.* Et cum Felino, Socino, Corneo, Caſador Sanch. Burato, Ferentil, & alijs Auguſt. Barboſſ. *in d. cap. ſuper litteris 20. de reſcript. num. 9.* Et ex Roderic. Suarez, Menoch. Gutierr. Nicol Garc. & alijs Dom. Salgado *laberynth. credit. 1. part. cap. 37. num. 6. & 14.* Lupus *allegat. 89.* Dom. Præſes Couarr. *in 4. decretal. 2. part. cap. 8. §. 9. num. 1.*

N. 54 Vel quando non tam facile concederet Franciſc. Nigr. Ciriac. *controuerſ. 160. num. 2 1. tom. 1. controuerſ. & controuerſ. 219. num. 25. & controuerſ. 313 num. 21 tom. 2.* Vel quando non ita leuiter Auendaño *de cenſib. cap. 62 num. 21. & 22.* Dom. Paz *de tenuta cap. 40. nu. 22.* Et ex Abb. Alex. Socin. Lambertino, Curt Iun. Math. de Afflict. Rebuff. Otalora, Ludouico, Gozadino, Ægidio Boſſ. Iaſſ Suarez, Thom Grammatico, Sarmiento, Couarr. Iacob. Pute. Maſcardo, & Gutierrez Mieres *de maiorat. 1. part. quæſt. 3. num. 3. & 4.* Et Dom. Salgado *d. cap. 37. num. 7. & 12.*

N. 55. Imo quando ex falſa expreſsione, etiam ſuperflua, quando concedens facilius fuit motus ad concedendum Proſper. Farinac. *dec 270. num. 3. tom. 2. deciſs. crimin.*

N. 56 Vel quando ſi expræſſum fuiſſet conceſsiſſet, ſed cum aliquo moderamine, aut additamento Curt. Iun. *conſ. 27. in fin.* Crauett *conſ. 296. col. 4.* Rot. *dec. 65. num. 1. part. 1. diuerſ. dec. 269. part. 2. dec. 248. lib. 5. diuerſ.* Dom. Larrea *d. dec. 91. num. 7.* Menoch. *de arbitrar. caſu 201. nu 27.* Aug. Barboſſa, *in collect. ad d. cap. ſuper litteris num. 12.* Dom. Præſes Couarr. *lib. 1. cap. 20. nu. 5. & in tract. de ſponſal. 2. part. cap. 8. §. 9. num. 1.* Mandoſſ. *in reg. 32. cancell. quæſt. 9. num. 10. &*

*quaſt. 11. num. 4.* Gutierr. *canon. lib. 2. cap. 15. num. 29.* Rebell. *de obligat. iuſtit. part. 2. lib. 3. quaſt. 5. num. 25.* P. Molina *de iuſt. & iure, diſput. 173.* P. Thom. Sanch. *de matrim. lib. 8. diſput. 21. num. 32.*

N. 57. Et an ſit cauſa, quæ redderet difficiliorem Principem iudicis arbitrio relinquitur Abb. *in cap. conſtitutus num. 15. de relig. domib. & in cap. ex conquaſtione num. 4. de reſtit. ſpoliat.* Felin. *in cap. ceterum num. 4. de reſcript.* Gutierr. *vbi ſup. num. 44. & 49.* Dom. Couarr. *num. 5.* Menoch. *num. 29. cum ſeqq.* Thuſc. *dict. conc. 720. n. 15.* Tiraquel *in tract. ceſſant. cauſa, limit. 1. nu. 15. & 18.* & ex eis Dom. Larrea, *vbi proximè num. 23.*

N. 58. Quis enim non iudicabit Principem (ſi conſcius eſſet prædicti pacti, dotiſque promiſsæ Ioanni cum Maria, quando ei eam Petrus pater eius in matrimonium collocauit, hoc eſt tertij, & reſidui quinti bonorum ſuorum, ſicut eam antea meliorauerat in ſuo teſtamento, quam meliorationem certam, & irreuocabilem ex tali pacto promiſsit, cuius pacti contemplatione contractæ nuptiæ fuerunt, quod aliàs non fieret) non ſolum talem Regiam facultatem cum difficultate conceſſurum, nec ita leuiter, ſed cum aliquibus additamentis? Sed imo non conceſſurum, tàm quia animus Principis nunquam eſt iuri tertij præiudicare, quam quia ita cauit, & expræſsit, vt diximus in facti narratione, & *ſup. num. 27.*

N. 59. Et vt Dom. Larrea dixit, *vbi proximè num. 7. Quia quando datur ſine expraſsione rei, qua reſtringeret gratiam, plus dat, quam vellit, & reſpectu conceſsionis ſit facta dicitur inuoluntarius.*

N. 60. Quibus accedit; quod hæc facultas Regia eſt reſcriptum gratię: quo ſuppoſito, vt nec minor ſcrupulus in materia remaneat, & vt, nec in aliquo ſit author contrarius, licet aliqui teneant, quod reſcripta ſubrreptitia, non ſint ipſo iure nulla, ſed annullanda veniant per exceptionem; per eoſdemmet authores, hoc ceſſare affirmatur in reſcriptis gratiæ, quæ ipſo annullantur iure, nec neceſſe eſt ope exceptionis elidi. Nam cum inter reſcripta iuſtitiæ, & reſcripta gratiæ multa diſcrimina dentur, de quibus Rebuff. *in praxi benefic. tit. differentia inter reſcripta gratiæ, & iuſtitia,* hæc eſt potiſsima: ſicque hanc differentiam traddunt *gl. in cap. fin. poſt caſus poſitionem notab. 2.* vbi Monach. *à num. 4.* Ioann. And. Archidiac. Domin. Franc. *in fine.* Abb. *in cap. ad audientiam, num. 14.* & Felin. *nu. 17.* Abb. *in cap. ſuper his, num. 2. de fide inſtrum. in cap. quia circa num. 5.* vbi Alex. de Neuo *num. 6. de conſang.* Bald. *in leg. praeſcript. num. 11. Cod. ſi contra ius.* Rebuff. *vbi ſupra, num. 1.* Milles *in repert. littera G. verbo gratia, num. 3. verſ. gratia, ſiue ſit indulgentia,* Ciriac. *controu. 160. nu. 53. tom. 1.* Menoch. *lib. 2. centur. 3. caſu 201. num. 2.* & cum multis P. Thom. Sãch. *de matrim. lib. 8. diſp. 21. n. 3.*

Ratio

N.61. Ratioque differentiæ eſt, quam partim tradit Abb. *in cap. ad audientiam el 2. num. 14. de reſcript.* Et partim Menoch. *d. cap. fin. à n. 4. ad 9.* quod reſcripta iuſtitiæ comparantur contractibus ſtricti iuris, reſcripta gratiæ contractibus bonæ fidei. *Quare* (ait P. Thom. Sanch. loco relato *num. 3.*) *ſicut in his debet eſſe exuberãtia bonæ fidei, vt notatur leg. bonam fidem, Cod. de act. & oblig. Sic in litteris gratiæ debet omnis puritas reperiri: quare ſicut ſubrreptio dans cauſam contractui ſtricti iuris, non reddit ipſo iure irritum, ſed irritandum: Secus de contractu bonæ fidei, ſic ſubrreptio, non reddit ipſo iure irritas litteras iuſtitiæ, ſed ope exceptionis irritandas, ſecus de litteris gratiæ. Item, quia facilius conceduntur litteræ iuſtitiæ, quam gratiæ cap. fin. de crimin. falſi. Item, quia ingratior videtur obtinere nitens beneficium, & gratiam per ſubrreptionem.*

N.62. Quibus omnibus ſupradictis videntur obſtare, & pro parte Ludouici facere facultatis Regię verba, vel clauſula, *de mi proprio motu, cierta ſciencia, &c.* quæ omnia obrreptionis, vel ſubrreptionis vitia excludunt, *cap. ſi motu proprio,* vbi Ioann. And. Gemin. & alij, *cap. ſi Roman. vbi gloſſ. vlt.* & ibid. Vital. *num. 44. de præb. in 6.* Pariſ. *conſ. 1. num. 75 vſque ad 84. lib. 4.* Oldrald. *conſ. 157. col. 4.* Puteus *dec. 386. num. 3. lib. 1.* Rota *deciſ. 71. de reſcript. in antiqu.* Alex. Trentacinq. *v r. reſol. lib. 1. tit. de reſcript. reſol. 5. n. 31.* Gonçalez *ad Reg. S. Chancell. gl. 66. num. 26.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 959. num. 13.* P. Thom. Sanch. *de matrim. lib. 8. diſput. 21. num. 47.* D. Pet. Diaz Noguerol *allegat. 32. num. 211.*

N.63. Sed hæc facilimo negotio diluemus, Nam contraria ſententia eſt vera, imo quod hæc clauſula vitia obrreptionis, vel ſubrreptionis non purget, & hæc ſententia communi Doctorum calculo tenetur, vſitatis moribus, ab omnibus tribunalibus obſeruatur, & indubitabili ratione nititur; vt ex clauſula, *ex motu proprio,* docent Abb. *in cap. quia circa num. 7. de conſanguin.* & ibi Præpoſ. *num. 4. verſ. ſed de diſpenſatione* Alex. de Neuo *num. 2.* Felin. *in cap. ad aures num. 9.* vbi Dec. *num. 31. & 32.* Abb. *num. 5.* Beroius *n. 36.* Felin. *in cap. cauſam num. 3. de teſtib.* Ioann. Andr. *in d. cap. ſi motu proprio* Iaſſ. *in l. 2. nu. 2. Cod. vt lite pendente* Dec. *conſ. 407.* Aym. *conſ. 51. in fin. lib. 2.* Rot. Rom. *dec. 525. num. 5. part. 1. diuerſ.* & apud Farinac. *dec. crimin. 325. num. 26. lib. 2.* Puteus *dec. 187. num. 5. lib. 1. & dec. 101. lib. 3.* Rebuff. *in concord. in forma mandati Apoſtolici verb. motu proprio poſt vltimum effectum verſ. ſecundo non purgat* Alex. Trentacinq. *loco relato num. 32.* Staphilæus *de litteris gratiæ tit. de vi, & effectu clauſularum in clauſula motu proprio effectu 7. num. 3. 4. & 5.* Auguſt. Barboſſ. *de clauſ. vſufreq. clauſ. 69. num. 20.* Gambara *de offic. legati lib. 3. num. 49.* Selua *de benefic. 3. part. quæſt. 12. 2.*

qualitat

*qualitat.num.3.verſ. quartus caſus* Nicol. Garcia *de benefic.1 part. cap.5.num.502.* Et ex noſtratibus Gutierr. *conſ.11.num.15.* Dom. Larrea *deciſ. fiſcali 91.num.3.tom.2.* idem Gutierr. *lib.2. canon. cap. 15.num.77.* Roderic. Suarez *allegat.12.num.40.& allegat.13.num.2.* Azeuedo *in leg.2.num.31.tit.14.lib.5.recop.* Mieres *de maiorat.1.part. quæſt.5.num.24.* Et ex Theologis *Roſella in ſumma verb. reſcriptum in fin.* Tabiena *quæſt.5.num.4.* Armilia *num.4.* Silueſter, *quæſt.7.* P. Suarez, *de legib.lib.8.cap.12.num.11.* & P. Thom. Sanchez *de matr. lib.8.diſput.21.num.47.*

N.63. Et de clauſula ex certa ſcientia Dec. *in cap. venerabilis num.1.* Abb. *in cap.2.de confirm.vtil.vel inutil.* Bald. *in leg.fin.Cod.ſent.et.reſcind.non poſſ.* Alex. *conſ.60.num.40.vol.2.* Dec. *conſ.1.nu.7.* Anchar. *conſ.188.incip.viſ.* Gozadin. *conſ.2. num.25.& conſ.5.num.14.* Tiber. Decian. *conſ.38.num.51.lib.3.* Ant. Petra *de poteſt. Principis cap.32.§.de clauſula de certa ſcientia num.14.& ſeqq.* Ripa *in lib. reſponſor.tit. de diuerſis reſcriptis reſpoſ.5.num.20.* Alex. Trentacinq. *var.reſol.lib.1.tit.de reſcript.reſol.5.num.30.* Et ex noſtratibus Mieres, & Roderic. Suarez, vbi proximè Dom. Ludouic. Molina *de primog.lib.2.cap.7.num.15.* vbi ex Aldrobandino, Menochio, Ruino, P. Molina, & Dom. Caſtillo, Additionatores *d.num.15.* Dom. Larrea, *d.num.3.* Et in terminis facultatis regiæ ad inſtituendum maioratum, quod dictæ clauſulæ vitia obrreptionis, vel ſubrreptionis non tollant ex Abb. Bald. Alex. Iaſſ. Dec. Ant. Gabr. Otalora, Ripa, & Aymon. Mieres, *d.quæſt.5.num.22.*

N.64. Et ratio in promptu eſt, quia tales clauſulæ reſtringuntur ad ſpecificata, & ſic non tollunt vitia ſubrreptionis, vel obrreptionis, & habent effectum quando proceſſum eſt cum cauſæ cognitione, aliàs ſecus Innoc. *in cap.1.de tranſact.* & alij quos citat Bartol. Socin. *conſ.164.num.7.lib.2.* & ex eo Mieres *d.quæſt.5.num.22.* Et ex Decio, Gozadino, Ripa, Ruino, Pariſ. & Bald. Alex. Trentacinq. *vbi proximè d.reſol.5.num.33.verſ.hinc infertur.*

N.65. Et non probatur ſcientia, quanuis dicat ſe benè informatum, quando Princeps aliquid facit ad poſtulationem alterius Calcan. *conſ.70.* Seraph. *de priuil.iuram.priuil.5.num.32.* vbi etiam tradit, quod per clauſulam ex certa ſcientia non probatur ſcientia eorum, quæ conſiſtunt in facto Cagnol. *in leg.quatenus 27.num.7.de regul.iur.* Carol. Ruin. *conſ.157.num.9.lib.1.* Mieres *d.num.22.* Et Bald. *in leg.Imperialis §.ſimiles Cod.de nupt.* Quod clauſulæ motus proprij Principis errantis nihil operantur.

N.66. Alex. Trentacinq. *var.reſol.lib.1.tit.de reſcript.d.reſol.5.num.31.* ibi: *At ſecus eſt quando Principi fit narratio, vt requiritur, vt gratiã faciat, nam tunc, licet ipſe dicat, quod motu proprio concedit, tamen quia*

*mouetur ex narratis, & requiſitis, &c.* Et inferius: *Sæpe enim dicta clauſula ponitur ad inſtantiam, & requiſitionem impetrantium litteras* Cardin. *in conſ.* 142. *in fin. Et qua facilitate inducitur Princeps ad concedendum litteras, eadem inducitur ad ponendum hanc clauſulam arg. leg. doli §. diuerſum ff. de donat.* tradit Neuizan. *inter conſilia Bruni num.* 12. *& ita ſingulariter declarat Marian. Socin. Iun. in conſ.* 77. *num.* 98. *&* 99. *vol.* 1.

Et, quomodocunque conſideretur, non operantur dictæ clau-
N. 68. ſulæ vltra concedentis intentionem Ioann. Andr. *in cap. ſi motu proprio num.* 1. *de præbend. in* 6. Roderic. Suarez *d. allegat.* 13. *num.* 2. & cũ multis Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *centur.* 3. *caſu* 201. *num.* 80. & ex eis P. Thom. Sanchez, *d. diſput.* 21. *num.* 47. Nicol. Garcia *de benefic.* 1. *part. cap.* 5. *num.* 502.

Vnde Roderic. Suarez, *alleg.* 12. *num.* 28. infert, quod clauſula
N. 69 *ex certa ſcientia* nihil operatur, niſi in his, in quibus Princeps præſumitur habere certam ſcientiam, vt ſunt iura, & leges, non autẽ operatur in his, quæ præſumitur ignorare, vt ſunt facta, & comertia, &c. *& num.* 34. *&* 40. quod idem eſt in clauſula *ex motu proprio.* Nam omne nihil operatur in eo, de quo Principi non conſtaret, & idem repetijt *allegat.* 13. *num.* 3.

Et licet aliqui autumnet, quod prædictæ clauſulæ tollant vitia
N. 70. ſubrreptionis, quando dimanat ex taciturnitate veritatis, (quæ ſententia, nec vera, nec tenenda eſt, vt latè prouauimus) ipſimet authores hoc ceſſare defendunt, & tales clauſulas nihil operari, quando taciturnitas illa ius tertij reſpiciat, nam in hoc caſu, nullo DD. reluctante, vitia ſubrreptionis per tales clauſulas non purgantur, Ant. de Butrio, & Abb. *in cap. cauſam quæ el* 2. *de teſtib.* Marian Soc. Iun. *cõſ.* 77. *n.* 104. *vol.* 1. latiſsimè Ant. Gab. *in ſuis cõmun. concl. lib.* 6. *tit. de clauſulis, concl.* 2. *n.* 10. Trentacinq. *d. reſol.* 5. *nu.* 34. & ex multis P. Thom. Sanch. *de matrim. d. diſput.* 21. *num.* 50.

N. 71. Imo ex eodem facto, quod in facultate Regia detur, vel ſubreptio, vel obreptio, omnes eius clauſulæ, veluti *ex certa ſcientia, ex motu proprio;* & ſimilia continent eas, & eundem defectum patiuntur, & ſic prædictæ clauſulæ nullius ſunt momenti, Mieres *d. quæſt.* 5. *nu.* 25. ibi: *Et eſt concluſio indubitabilis, quod vbicumque gratia eſt ſubrreptitia, omnes clauſulæ gratiæ ſunt ſubrreptitiæ, vt per Dec. in cõſ.* 142. *num.* 9. *Pariſ. conſ.* 1. *num.* 23. *lib.* 1. *& conſ.* 79. *num.* 25. *lib.* 4. *Aym. conſ.* 68. *cũ concord. vt per Tiraquell. de conſtitut. part.* 3. *limit.* 7. *n.* 27. *Lancell. in tract. de attentat. part.* 3. *cap.* 31. *num.* 265.

Vnde ſine controuerſia, abſque dubitatione aliqua in hac quæ-
N. 72. ſtione concludendum iudico talem facultatem Regiam à Petro impetratam ex defectu ſubrreptionis ipſo iure eſſe nullam, nullius

que roboris haberi ad conſtituendum maioratum, & ſic eodem modo omne eius virtute factum eſſe nullũ, & non attendendum.

# QVINTA QVAESTIO.

AN talis facultas Regia ſit conditionalis, ita vt, ex eo ipſo, quod alimenta non relinquantur euaneſcat? Et an dictio *Con tanto*, latine, *Dummodo*, conditionalis nomen ad ſtipuletur, & non modalis? & affirmatiue tenetur.

## *SVMMARIVM.*

DIctio Con tanto, *latine* Dũmodo *eſt modalis, non conditionalis. num.* 1.

*Ponderatur* l. 1. ff. ad leg. Falcid. *num.* 2.

*Per ſtatutum permiſſa facultate aliquid faciendi, dum aliquid alicui relinquatur, eo non relicto non annullatur actus, nu.* 3.

*Ciuis admiſſus, dummodo collectas ſoluat, eis non ſolutis, non diſoluitur domicilium. num.* 4.

*Filiæ excluſa per ſtatutum, cui debetur dos, & hac non relicta, nõ poteſt contra tabulare teſtamentum. num.* 5.

*Concordia inter Authores, quod dictio* Dummodo, *importet modum, quando imponitur actui perfecto. num.* 6.

*Alimentorum aſsignatio poteſt fieri in alia ſcriptura, num.* 7.

*Omnis qualitas adiecta diſpoſitioni principali perfecta dicitur modus, num.* 8.

*Conditio, quæ tacite ineſt à iure, ſi exprimatur, non facit actum conditionalem, num.* 9.

*Authores huius opinionis, num.* 10.

*Dictio* Con tanto, *inducit conditionem, num.* 11.

*Omnis contextura eſt attendenda, num.* 12.

*Quando aliquid pro forma requiritur debet ad vnguem obſeruari, num.* 13.

*Licet formæ omiſsio in minimo ſit, num.* 14.

*Et qualitercunque forma omittatur corruit actus, num.* 15.

*Omiſsio formæ, etiam in minimo, deſtruit actum, num.* 16.

*Forma eſt de genere indiuiſibilium, num.* 17.

*Forma ſubſtantialis dat eſſe rei, num.* 18.

*Forma inducitur ex eo, quod addatur neceſitas aliquid faciendi, num.* 19.

*Vel quando diſpoſitio datur conditionalis, num.* 20.

*Vel quando inuenitur temporis appoſitio, num.* 21.

*Hæc tria in caſu quæſtionis noſtræ concurrunt, num.* 22.

*Conditio inducit formam, quæ in ſpecifica debet adimpleri, num.* 23. 24. 25. *&* 131.

*Ea non ſeruata actus omnino corruit ex defectu conſenſus, n.* 26.

Dicitur deſſicere, quæ nunquam extitit, num. 27.
Et nihil ponit in eſſe. num. 28.
Et ea nõ exiſtente actus nõ valet, nec denominatur vt talis, ibid.
Non entis nulla ſunt qualitates, num. 29.
Conditio non diſponit, num. 30.
Actus ea pendente dicitur imperfectus, num. 31.
Et nullum ius parti adquiſitum, ibid.
Dum non adimpletur ſuſpendit diſpoſitionem, num. 32.
Habet vim cauſæ finalis, num. 33.
Obſtat principio adquiſitionis, num. 34.
Et debet impleri priuſquam diſpoſitio locum habeat, ibid.
Eius adimplementum prius probari debet, vt diſpoſitio locum habeat, num. 35. & 41.
Et ſi non verificatur actus non attenditur, ibid.
Nec præſumitur impleta, niſi probetur, num. 36.
Et eius adimplementum tenetur probare, qui adimplere tenetur, ibid.
Conditionalis diſpoſitio eſt diſpoſitio ſecundum quid, num. 37.
Debitor ſub conditione non dicitur propriè debitor, num. 38.
Niſi impleta conditione actus perfectus non dicitur, num. 39.
Licentia data ſub conditione non adimpleta pro non data habetur, num. 40.
Et paria ſunt quid non fieri, & fieri ſub conditione non adimpleta, ibid.
Quando ad perfectionem actus plura requiruntur, omnia ſeruantur de forma, num. 42.
Conditio reſcripti, ſi non adimpletur, non tribuit iuriſdictionem, num. 43.
De mandato ad facultatem Regiam valet argumentum, num. 44.
Mandatarius tenetur formam mãdati obſeruare, alias corruit actus, ibid.
Quando vnum diſponitur, & aliud ſupponitur, non verificatur diſpoſitio, niſi prius ſuppoſitio, num. 45.
Conceſſum ſub conditione ſub contraria videtur ademptum, ibid.
Idem operatur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito, num. 46.
Dictio Con tanto, importat conditionem, num. 48. & ſeqq.
Authores qui hoc tenent, ibid.
Ponderatur, cap. ex tuarum de auth. & vſu pallij, num. 54.
Lex Impuberibus 7. ff. de ſuſpect. tutor. num. 55.
Leuit. cap. 21. num. 56. & ſeq.
Dictio, Con tanto, idẽ quod apud Gallos pourueu. & hoc eſt conditionalis, num. 58.
Ex natura ipſius actus eſt conditionalis inſtitutio maioratus, num. 59.
Ponderatur text. lib. 2. paralipo. cap. 21. num. 60.
Ponderatur Auth. de triente, & ſemiſſ. cap. num. 61.
Alimenta loco legitimæ ſuccedunt, quando inſtituitur maioratus, num. 62.
Filius præteritus poteſt contrata- bulare teſtamentum, ergo & ille

*ille, cui alimenta non relinquuntur in maioratus inſtitutione. num. 63.*

*Data facultate Regia, ad maioratum ſub qualitate dotādi filias, eis dotatis, dote poſtea euicta annullatur maioratus, num. 64.*

*Ponderatur* leg. ſi vero 8. §. ſi patronus ff. de bon. libert. *n. 66.*

*Pater, qui alimenta, ſed non competentia relinquit, dicitur ſeuerus, & contra officium pietatis facere, num. 67.*

*Inſtitutor maioratus relinquens alimenta cæteris filijs, adhuc dubitatur an ſit in conſcientia ſecurus? num. 69.*

*Legis non fuit intentio dando patri donandi facultatem, vt deſtrueret naturales, & ciuiles diſpoſitiones, num. 70.*

*Hæc alimenta gallico ſermone vocantur apanagium, num. 71.*

*Facultas Regia ad inſtituendum maioratum non relictis alimentis cæteris filijs eſt contra omnē legem, & rationem, num. 72.*

*Nec primogenium ullo pacto ſubſtinetur, num. 73.*

*Qui tenent, quod dictio* dummodo *non importet conditionem, limitant in tribus caſibus, num. 74.*

*Primo: quando iungitur ei, quod venit implendum ante quam actus perficiatur, num. 75.*

*Hoc concurrit in iſto caſu, nu. 76.*

*Secundo: quando adiungitur actui imperfecto, num. 77.*

*Actus non dicitur perfectus quando partim eſt factus, & partim non, num. 78.*

*Tertio: quando eſt adiecta diſpoſitioni, non executioni, num. 79.*

*Executiuum eſt poſt perfectam diſpoſitionem, num. 80.*

*Dictio* Dummodo, *quamuis eſſet modalis, cum eſt impoſita à lege, inducit conditionem, num. 81.*

*Satisfit contrarijs. nu. 85. & ſeqq.*

*Conuincitur P. Molina ex ipſiuſmet ſententia, & verbis. nu. 86. & ſeqq.*

*In Caſtella non debet concedi facultas ad inſtituendum maioratum, in præiuditium legitimarum cum conceſſa ſit tertij, & quinti melioratio, num. 89.*

*Princeps non poteſt diſpenſare in præiuditium alimentorum filiorum, num. 90.*

*Si ſunt duo filij, quod vnus plus vndecim partes accipiat, & alius minus quatuor non permittit æquitas, num. 91.*

*Non multum reipublicæ expedit multiplicatio maioratuū, n. 92.*

*Securius eſt quod in ipſa facultate Regia, taxentur alimenta, num. 95. & 97.*

*Dom. Ludou. à Molina ſibimet, eſt contrarius, num. 96. & ſeq.*

*Solutio* ad leg. 1. ff. ad leg. falcid. *num. 98. & ſeqq.*

*Conditio, quæ tacitè ineſt à iure, ſi exprimatur, facit actum conditionalem. num. 104. & ſeqq.*

*Expreſſum plus operatur tacito, num. 108.*

*Maiorem declarationem operatur expreſſio eius, quod tacitè ineſt, num. 109.*

*Interpretatio ad* leg. hæc verba *§. 1.* ff. de leg. 1. *nu. 111. & ſeqq.*

*Ad* leg. in conditionibus 19.

ff. de

de condit.& dem. *num.* 116.
*Ad* leg.ſi Titio 22.§.quædam 1. ff.quando dies leg.ced *n.*118.
*Ad* cap.fin.de præſumpt *n.*119.
*Ponderatur pro hac opinione Alexander, num.* 120. *& ſeq.*
*Interpretatur* deciſio Rotæ 231. in nouiſ. *quæ eſt* vnic. de condit appoſit.*num.*122.*& ſeqq.*
*Ponderatur* leg. thais ancilla 41. §.ſtichus,& damas cum ſeq. ff.de fideicomm.libert. *num.* 129 *& ſeqq.*
*Facultas aliquid faciendi intelligitur de tempore, quod fuit contemplatum num.*131.*& ſeq.*
*Qualitas aliuncta verbo debet intelligi ſecundũ tẽpus verbi.ibid*
*Gerundium inducit conditionem. num.*133.
*Verba præſentis tempo s ad futurum non trahuntur.ibid.*
*Omnis qualitas actui adiecta debet adeſſe tempore actus num.* 134.*& ſeq.*
*Qualitas à lege requiſita ſubſtantialis eſt forma,& non leuem ſolemnitatem inducit.num.*136.
*Conditio dicitur indiuidua appoſita ad ſubſtantiam actus.nu.*137.
*Debet in totum adimpleri. nu.*138.
*Tempus determinatum importat contrariam diſpoſitionem finito tempore.num.*139.
*Facultas conceſſa cum aliqua qualitate in alia videtur denegata. num.*140.
*Quando Princeps aliquid concedit cum modificationibus, intelligũtur de forma ibid.*
*Nec datur moræ purgatio, nec ad heredes tranſit implementum, num.*141.
*Et in vllo debet deficere. nu.*142.
*Qui iuſſus eſt dare vni non adimpiet alteri dando.ibid.*
*Ponderatur* leg. promiſſor, ſtichi 21.§.conſtituto 2.ff.de conſtit pecun.*num.*143.
Leg. ſi pupillorum 7. §. ſi prætor ff.de reb.eor.*num.*144.
*Materia facultatis Regiæ eſt rigoroſſa.num* 146.
*Quanuis fauorabilis reſpectu primogeniti, eſt odioſſa reſpectu aliorum filiorum.num.*147.
*Iniuria fit filiæ, cui propter fratrẽ maſculum minus ſuæ legitimæ pater relinquit.num.*148.
*Strictiſsime eſt interpretanda facultas Regia, num.*149.
*Ad fauorem alimentorum contra maioratum propenſior debet eſſe iudex.num.*150.
*Facultatis Regiæ tenor attendendendus,num.*151.
*Facultas Regia, vt odioſſa, vltra caſum expraſſum ad alium non extenditur, etiam ſi minor ſit, & ex identitate rationis,n.*153.
*Limitata limitatum producit effectum,num.*154. *& ſeqq.*
*Verba eius contra impetrantẽ ſunt interpretanda,ibid.*
*Filij poſiti in conditione non dicũtur vocati,num.*157.
*Alimenta ſuccedunt loco legitimæ, num.*158.*& ſeq.*
*Conditionẽ non recipiunt nu.*160.
*Valet argumentum de alimentis ad legitimam,num.*161.
*In legitima conditio caſualis poni non poteſt.num.*162.
*Aliàs teſtamentũ eſt nullum.ibid.*

 *Pon-*

*Ponderatur* leg. ita tamen 27. §. qui rogatus 12. ff ad trebell. *num.* 163.
*Quicunque dies incertus conditionẽ importat. nũm.* 164. *& ſeqq.*
*Quando legitima relinquitur filijs à quocunque caſu dependens teſtamẽtũ eſt nullũ. n.* 166. *& ſeqq.*

N. 1. QVOD hæc dictio *Contanto,* Latinè *Dummodo* , ſit modalis, & non conditionalis, & ita, quod actus, vt modalis, implendus ſit per modum compulſionis, & non, vt conditionalis, per modum excluſionis *gl. in cap. non poteſt* 21. §. *illud. verbo retinere de præbend. in* 6. Innoc. Hoſtienſ Abb. & Præpoſ. *in cap. verum, de condit. appoſ.* Bartol. *in leg. quibus diebus* 40 §, *termilius num.* 4. *ff de condit & dem.* & Rota *dec.* 231. *incip ordinatio, in nouiſ.* Hocque proratione ponderat ex eis in præſenti Dom. Ludou. à Molina *de Hiſpan. primog lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 27.

N. 2. Probatque textus expræſſus *in leg.* 1. *ff. ad leg falcid.* ibi; *Dum ita detur legatum, ne minus, quam partem quartam hæreditatis ex eo teſtamento heredes capiant.* vt ponderat idem Molina *nu.* 26. Vbi data facultate teſtandi omnium bonorum, dum hæredi quarta relinqueretur, legatis hæreditate exhauſta, non propter hoc teſtamẽtum annullatur, ſed detraheretur quarta.

N. 3. Vnde, & ex quo textu Raphael Cuman. *ibid.* quod ſi per ſtatutum permittitur aliqua facultas, veluti teſtandi, dũmodo aliquid alicui relinquatur, non adimpleta qualitate hac adhuc actus non irritetur, ſed ſolum detrahi debeat illud, quod ex diſpoſitione ſtatuti relinquendum erat.

N. 4. Et maximè in terminis Baldus *in cap. dudum el* 2. *de elect. nu.* 6. quod ſi aliquis, vt ciuis recipitur , dummodo ſoluat vectigalia, datia, & collectas, ſi non ſoluit, non diſſoluitur domicilium, aut ciuilitas, ſed poteſt compelli ad ſoluendum.

N. 5. Probatur magis in opinione filiæ excluſſæ per ſtatutum à ſucceſsione parentum , cui debetur dos, ſeu alimenta vt Tiraquell. *de primog. quæſt.* 4. *num.* 33. Sed ſi pater non relinquit, adhuc filia non poteſt contra tabulare teſtamentum; ſed ſolum petere fratribus, aut dotem, aut alimenta, Alex. *in leg gallus* 29. §. *& quid ſi tantum num.* 16. *ff. de liber. & poſth. & in leg. filiæ dotem* 4. *nu.* 6. *Cod. de collat.* Iaſſ. *in auth. nouiſsima num.* 57. *Cod. de teſtam.* Alciat. *conſ.* 52. *num.* 13. *cum ſeqq.* Math. de Afflict. *dec.* 158.

N. 6. Et quod quantuis non deſint Authores, qui teneant hanc dictionem efficere actum conditionalem, communis reſolutio ſit, & concordia, quia quando imponitur actui perfecto importet modum, quando vero actui imperfecto conditionem, vt notant ſcribentes *in d. cap. verum* Philip. Franc. & Domin. *in d. cap. non poteſt*

poteſt 21. §. illud num. 6. de præbend. in 6. Carol. Ruin. conſ. 43. lib. 2. Bertrand. conſ. 201. num. 5. lib. 1. & Tiraquell. de retractu lignagier §. 8 gl. 8.

N. 7. Et ſic proſequitur Dom. Ludou. à Molina num, 29. cum igitur hæc obligatio liberos alendi poſt perfectam diſpoſitionem maioratus conferatur, poſsintque alimenta ipſa filijs in alia ſcriptura, vel diſpoſitione poſt maioratum perfectum, atque inſtitutum relinqui, vt eſt notiſsimum, conſequens eſt, vt ex omiſsione aſsignationis alimentorum, maioratus ipſe non ſit annullandus, ſed agi poſsit ad alimentorum aſsignationem, ſeu præſtationem.

N. 8. Probaturque magis, vt idem num. 30. nam omnis qualitas adiecta diſpoſitioni principali perfectæ dicitur modus, etiam ſi per verba conditionem importantia concipiatur, leg. cum abeo 41. ff. de contrah. empt. leg. mania 44. ff. de manumiſſ teſtam. leg. ea conditione 14. Cod. de reſcind. vendit. leg 28. tit. 5. part. 6.

N. 9. Iterum probatur: nam conditio quæ tacite in eſt à iure, ſi exprimatur, non facit actum conditionalem, cap. fin, de præſumpt. leg. in conditionibus §. 1. ff. de cond. & dem. leg. hæc verba 3. ff. de leg. 1. leg. ſi titio 20. §. quadam ff. quand o dies leg ced.

N. 10. Quibus fundamentis motus Dom. Ludou. à Molina, loco relato, ſuis viribus defen it hanc dictionem *Contanto*, in facultatibus Regijs conceſsis ad inſtituendum maioratum, non efficere diſpoſitionem conditionalem, ſed modalem, ita vt quod quanuis non relinquãtur in fundatione cæteris filijs alimenta, non annulletur diſpoſitio, licet alimenta compellatur dare cæteris filijs ad maioratum vocatus filius. Sic etiam tenent ibi eius Addit. cap. 15. num. 24. & Surd. de alim tit. 9. quæſt. 21. num. 23. & 24. & P. Molin. de iuſt. & iur. diſput. 578. num. 5. & diſput. 616. num. 6. Barboſſ. de dictionib. vſufreq. dictione 95.

N. 11. Sed his non obſtantibus, & ſalua pace tantorum virorum, vt veriſsimum tenemus talem dictionem *Contanto* inducere conditionem, & facere actum conditionalem; & quod illa facultas Regia conditionalis fuit, ita vt, ex eo ipſo, quod Petrus alimenta non reliquit Mariæ filiæ ſuæ tota diſpoſitio corruat, ac ſi nec talis eſſet in rerum natura, nec facultas Regia conceſſa.

N. 12. Nam cum omnis contextura ſit attendenda ad veniendum in cognitioné cuiuslibet diſpoſitionis leg. mania 44 ff. de manumiſſ. teſtam. ibi: *Totius teſtamenti contextura inſpecta* leg. nummis 73. ff. de leg. 3 leg. in ciuile 24. ff. de legib. vbi gl. & DD. ad quaſcunque diſpoſitiones extendunt Mantica de coniect. lib. 6 tit. 13. num. 1.

N. 13. Quando aliquid, vt in hoc caſu, pro forma requiritur debet ad vnguem obſeruari, & forma deficiente actus corruit, leg. Iulianus

9. §. *ſi quis rē, ff. ad exhibendum leg. cum bi, 8. §. prætor, ff. de tranſact. leg. humanitatis, 9. Cod. de impub. & alijs ſubſtit*, Tiraquell. *de retract. lignag. §. 2. gloſ. 21. à num. 11.*

N. 14. Licet formæ omiſsio, ſeu mutatio in minimo ſit, *leg. qui hæredi 44. l. mæuius 54. ff. de condit. & dem. leg. 1. & 2. Cod. quando prouoc. non eſt neceſſe, leg. non dubium, Cod. de legib.* Tiraquell. *in leg. ſi vnquam, verbo reuertatur, num. 67. Cod. de reuoc. donat.* D. Franciſc. Sarmento *lib. 6. ſelect. cap. 5.* P. Suarez *de legib. lib. 5. cap. 31. num. 1.*

N. 15. Et qualitercunque ſit forma, ſi omittitur actus eſt nullus Sempronius Aſcius *dec. ſeu determinat. 36. num. 16.* Matienço *in leg. 1. gl. 4. num. 13. tit. 7. lib. 5. recop.* ibi: *Quia vbicunque actus peccat in formaagens dicitur potius delirare, & actum fruſtratorium facere vt in leg. non ſolum ff. de obligat & act.*

N. 16. Et quod omiſsio formæ etiam in minimo deſtruat actum, Gama *dec. 45. nu. 3.* Valaſc. *conſult. 133. n. 3. & conſult. 183. n. 2.* Card. Thuſc. *littera F. concl. 415.* Steph. Gratian. *diſcept. tom. 5. cap. 853. n. 28.* Gutierr. *pract. lib. 3. quæſt. 15. num. 15. cum ſeqq.* Azeuedo, *in leg. 18. num. 4. tit. 21. lib. 4. Recop.*

N. 17. Nam forma eſt de genere indiuiſibilium, Bald. *in leg. poſt init. ff. de arbit & in leg. cert. conditio, §. quoniam num. 27. ff. ſi cert. pet.* Et ideo quælibet omiſsio, ſeu mutatio totum corrumpit, Iacob. But. & Alberic. *in l. certi conditio, §. quoniam, ff. ſi cert. pet.* Aldrob and. *conſ. 263.* Natta *conſ. 162. num. 7. & 8.*

N. 18. Et forma ſubſtantialis dat eſſe rei, *Clemēt. 1. de reb. Eccl. non alien. leg. Iulianus 9. §. ſi quis rem, ff. ad exibendum leg. cum bi 8. §. prætor adi tus ff. de tranſact. leg. qui per ſalutem 33. ff. de iure iur. leg. ſi is, qui quadraginta 79. §. quadam, ff. ad leg. falcid.* Ariſt. *phyſic. lib. 1. cap. 9. quæſt. 10. art. 1.* Euerard. *in topic. legal. loco 53.* Thom. de Thomaſet, *Reg. 130.* Sebaſt Medic. *de regul. iur. regul. 7. nu. 1. & ſeq.* Ant. Gom. *tom. 1. var. cap. 2. num. 7.*

N. 19. Et forma inducitur ex eo ſolum, vel quando additur neceſsitas aliquid faciendi, Tiraquell. *de retract. lignag. §. 36. gloſſ. 2. num. 25.* Beroius *quæſt. 24. num. 4.*

N. 20. Vel quando diſpoſitio datur conditionalis, Bald. *in auth. matri, & auiæ, Cod. quando mul. tut. off. fung.* Dom. Valenç. Velazq. *conſ. 2. n. 74. tom. 1.* Farin. *dec. 515. num. 3.* Dom. Salgado *de Regia protect. 4. par. cap. 14. n. 32.* Fontanell. *de pact. nuptial. tom. 2. clauſ. 5. gloſ. 1. par. 2. num. 26.* Tiraquell. *de retract. conuent. §. 2. gloſ. vnic. num. 3.* Merlino *controu. forenſ. cap. 86. num. 10. & 11.* Virgil. Boccac. in *conſtit. Marchiæ gl. 6. num. 156.* Cardin. Thuſc. *pract. concluſ. tom. 3. littera. F. concl. 414. nu. 10. 13. & 17.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæſt. 30. num. 5*

N. 21. Vel quando inuenitur tēporis appoſitio, quia tempus ordinatū

ad

ab ſtatuto, lege, vel reſcripto dicitur pro forma, Roland. *conſ. 72. num. 71. lib. 3. Oſaſc. Pedemõt. deciſ. 163. nu. 9. cum ſeqq.* Virg. Boccac. *dict. gloſ. 6. num. 162.*

N. 22. Harum quæcumque rerum formã inducit, vt ea omiſſa, etiam in minimo, actus, vel diſpoſitio euaneſcat. Et omnes in caſu præſenti concurrunt. Neceſsitas aliquid faciendi, nam facultas conceſſa fuit ſub qualitate relinquendi Mariæ alimenta. Fuit conditionalis. Nam ibi: *Con tanto, que tengais obligacion a dexar, y dexeis a los dichos vueſtros hijos alimentos, &c.* & de quo per totam hanc quæſtionem. Imponitur tempus. Nam ibi: *Tengais obligacion a dexar, y dexeis, &c.* quod aut in tempus inſtitutionis maioratus, aut in Petri mortis tempus confertur. Vnde ex eorum non adimplemento indubitatum remanet, quod corruit tota diſpoſitio ex defectu formæ.

N. 23. Imo ſufficiebat, puod ex defectu conditionis; nam inducit formam, quæ in ſpecifica debet adimpleri, & ex defectu formæ, aut conditionis diſpoſitio, aut actus omnino corruit, vt vltra predictos, Dom. D. Ioãn. Valẽçuela Velazq. *conſ. 2. n. 73. tom. 1.* Farin. *dec. 91. n. 1. dec. 47. n. 3. dec. 91. n. 1. dec. 480. n. 7. dec. 505. n. 1.* Dom. D. Ioan. del Caſtillo *lib. 5. controu. cap. 119. num. 6.* ex Baldo, Natta, & Petro Surdo, Dom. Salgado *de Reg. protect. 4. part. cap. 13. num. 33.* ex Tiraquell. Menoch. Girond, Caldas Pereira, Guttierr. P. Thom. Sanch. Pariſ. Thuſc. & alijs, Aug. Barboſſ. *axiom. 48. num. 1. littera C.* Frãc. Nigr. Ciriac. *tom. 3. controu. 546. nu. 77.* Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 43. per totum.*

N. 24. Quibus adde *leg. qui heredi plures 44. leg. maius 55. ff. de condit. & dem.* Valaſc. *axiomat. litera C. ex num. 103. cum ſeqq.* Iacob. de Graſſ. *d. except. 33. num. 1. cum ſeqq.* Azeuedo *in leg. 4. num. 188. tit. 21. lib. 4. recop.* vbi quando dicitur *dando fideiuſſores,* vt in noſtro caſu Princeps dixit, relinquendo alimenta, & ex eis Dom. Salgado *in laberynth. credit. part. 1. cap. fin. nu. 15. & de Regia protect. part. 4. cap. 13. nu. 58.* vbi, & quod non ſufficiat, & per equipollens ad impleri ex *leg. promiſſor 21. §. fin. de conſtit. pec.* Et alijs quã plurimis Brunorol. à Sole *in locis commun. verb. conditio num. 5.* Dom. Caſtillo *lib. 5. controuerſ. cap. 19. num. 6.* & ex quam plurimis Barboſſa, *axiom. 48. num. 3.*

N. 25. Et ipſe Valençuela Velazquez, *conſ. 10. num. 35. tom. 1.* ibi: *ideo ei ſtandum eſt, quia forma deficiente corruit actus, nihil que ei addi, aut detrahi ſpecifice poteſt, quæ eſt obſeruanda, &c.* Et quã plurimos refert.

N. 26. Et quod ea non ſeruata actus omnino corruat, quia defectus conditionis operatur defectum conſenſus, ac ſi nunquam eſſet, nec diſpoſitio Dom Valenzuela Velazquez, *d. conſ. 2. num. 35.* Farinac. *dec. Rot. 515. num. 8. dec. 543. nu. 4. tom. 1. recent. & dec. 47. nu. 3.*

*tom.2. & dec.567. num.9. tom.1. poſthum.* Marta, *de ſucceſſ. legal.1. part. quæſt. 2. artic.1. num.23. & quæſt.24. artic.5. num.8.* Mantica, *de coniectur. lib.11. tit.16. num.2.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 536. num 40.* Carol. de Graſsis *de except. except.33. num.5. & 6.*

N.27. Et dicitur deficere, quæ nunquam extitit, vt apud prædictos, & Farinac. *dec.207. num.6. tom.2. poſthum.* & Mantic. *de coniect. lib.1. tit.6. num.2.*

N.28. Et nihil ponit ineſſe, & actus conditionalis, conditione non exiſtente, nec valet, nec denominatur actus *leg. ſiquis ſub conditione 8. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam. leg. ex facto 35. ff. de hæred. inſt. leg. cedere diem 213. ff. de V. S.* cum vulgatis Farinac. *dec.16. n.1. & dec. 122. num.3. tom.2. recent.* Cardin. Tuſch. *litera C. concl.503.* Et plures relati ab Auguſt. Barboſſ. *litera C. Axiom.103.* Stheph. Gratian *diſcept. forenſ. cap.542. num.45.* Maranta, *controuerſ. ſeu reſponſ. iuris reſponſ.7. num.22. & reſponſ.86. num.12.* & ex multis Carolus de Graſsis *d. except.33. num.3.*

N.29. Quia non entis nullæ ſunt qualitates, *cap. ad diſſoluendum.13. de deſponſat. impub. leg. decẽ 116. ff. de V. Ob.* cum ſimilibus. Eleganter Bald. *in cap. bonæ memoriæ el 1. n.13. ad fin.* de elect. Et idem Bald. *in auth. quiſemel. num.9. Cod. quomodo, & quando iudex.*

N.30. Et ſic conditio, vel conditionalis diſpoſitio non diſponit. *d. leg. ſi quis ſub conditione leg. is damnum §. quod pendet.* vbi late Cagnol. *ff. de regul. iur.* Brunorol. a Sole *in locis commun. verb. conditio num.3.* Ioann. Dilect. Duran. *de arte teſtandi tit.5. caut.36. num.1* Mantica *de coniectur lib.5. tit.2. num.3. & lib.11. tit.2. num.3. & de tacit. & ambig. conuent lib.13. tit.43. num.4.*

N.31. Et actus ea pendente dicitur imperfectus Pariſ. *conſ.82. num. 7. lib.4.* Aretin. *conſ.11. num.2.* Menoch. *conſ.63. num.29. lib.1.* Et nullum ius dicitur parti adquiſitum, *d. leg. ſi quis ſub conditione.* Aym. *conſ.10. num.15.* Menoch. *conſ.452. num.42. lib.5.* Petr. Surd. *conſ. 186. num.12. lib.2.* Turret. *conſ.67. num.127. conſ.70. num.35. & conſ. 84. num.13.* Steph. Gratian. *diſcept. part.5. cap.949. num.5. & 10.* Carol. de Graſſ. *d. except.33. num.7. & 15.* Maranta, *controuerſ. part.3. reſponſ.7. num.6.*

N.32. Et interim dum non adimpletur ſuſpendit diſpoſitionem, *cap.1. de ſponſ. in 6. cap. verũ 4. de condit. appoſit. d. leg. ſiquis ſub conditione d. l. qui hæredi, d. leg. mæuius, & toto tit. ff. de cond. & dem. leg. non omnis 19. ff. ſi cert. pet. leg. cedere diem 213. §. vbi ſub conditione ff. de V. S.* Menoch. *d. conſ.63. num.28.* Farinac. *dec.567. num.3. tom.1. poſthum.* Carol. de Graſſ. *vbi proxime num.14.* Maranta *num.4.* & Dom. Salgado, *de reg. protect.4. part. cap.13. num.30.*

N.33. Habet vim cauſæ finalis *d. leg. cedere diem ſubi* Rebuff. *leg. demonſtratio*

ſtratio §. quod autem ff. de cond. & dem. vbi Bart. & in leg. 2. §. vlt. col. 1. ff. de donat. Iaſſ. in leg. qui filiabus 17. num. 31. ff. de leg. 1. & in leg. 1. §. 1 inſpicimus num. 42. ff. de adq. poſſ. Peralta in leg. ſi quis in principio teſtamenti num. 206. pag. 484. ff. de leg. 3. Aym. conſ. 167. num. 10. ad med. Dom. D. Iuann. Bapt. Valenzuela Velazq. conſ. 2. num. 73. tom. 1. Tiraquell de retract. conuent. §. 2. gl. vnic. num. 4. Franc. Nigr. Ciriac. controuerſ. 546. num. 70. tom. 3. Pelaez à Mieres de maiorat. 4. part. quaeſt. 11. num. 37.

N. 34. Et ſic obſtat principio adquiſitionis Mantic. de tacit, & ambig. conuent. lib. 14 tit. 42. nu. 2. Et debet impleri, vel eſſe impleta prius quam diſpoſitio locum habeat Dom. Valenzuela Velazq. ex infinitis Iuribus, & Authoribus d. conſ. 2. num. 72. Farinac. dec. 217. num. 1. tom. 1. poſth. Mantica, dict. tit. 42, num. 1. Steph. Gratian. diſcept. tom. 2. cap. 307. num. 8. Maranta, controuerſ. 3. part. reſponſ. 89. num. 11.

N. 35. Et eius ad implementum prius probari debet quam diſpoſitio locum habeat, cap. ſi conſtiterit, vbi Felin. num. 5. de accuſat. leg eum qui nouiſsimus 34. ff. ad Trebell. Socin Iun. conſ. 67. num. 1. vol. 4. Farinac. dec. 122. num. 4. tom. 1. recent. Steph. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 558. num. 31. cap. 674. num. 12, cap. 753. num. 12. cap. 773 num. 5. Mantica, de coniect. lib. 11. tit. 16. nu. 5. Et ſi non verificatur actus non attenditur Steph. Grat. cap. 489. num. 11. Nec poteſt quis agere Farinac. dec. 293. num. 1. tom. 2. poſth.

N. 36. Nec praeſumitur impleta, niſi probetur Farinac. dec. 270. num. 3. in fin. tom. 1. poſth. Mantica, de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 42. num. 7. Et eius ad implementum tenetur verificare is qui tenebatur adimplere Farinac. dec. 515. num. 4. tom. 1. recent. & dec. 270. num 3. tom. 1. poſth. Steph. Gratian. diſcept. cap. 748. num. 10

N. 37. Nam conditionalis diſpoſitio, non eſt ſimpliciter diſpoſitio, ſed ſecundum quid, leg. 1. §. ſi quis ſimpliciter ff. de V. O. leg. hoc legatum 43. de leg. 3. Bart. in leg. cum titio ff. ad leg. falcid. Brunorol. à Sole in locis commun. verbo conditio num. 3.

N. 38. Et ſic debitor ſub conditione non dicitur propriè debitor, & lex loquens de debitore, non comprehendit debitorem ſub conditione Aſsinius in tract. de execut. §. 4. cap. 92. nu. 4. Carol de Graff. de except. 33. num. 2. Maur. Burg. Cathanien. in tract. de laudem. part. 3. inſpect. 40. num. 60. in fin.

N. 39. Et ſic, quotiens actus ſub conditione fieri permittitur, tunc, niſi impleta fuerit conditio, actus perfectus non cenſetur: quoniam deficiente conditione, actus quoque deficit, & ea exiſtente actus demum vires accipit, §. ſub conditione 4. inſt. de V. O. vt ſunt verba Iulij Clari, lib. 3. ſentent. §. teſtamentum quaeſt. 64. num. 23. Et vltra praedictos in numeris anteceden-

antecedentibus Farinac *dec. 50. num. 4. tom. 1. recent.* Ex infinitis Auguſt. Barboſſ. *littera C. Axiom. 48. nu. 2.* & hoc maximè, in ſtatuto, vel lege, aut diſpoſitione Principis Dom. D. Ioſeph Vela, *diſert. 7. num. 8. & 9 diſertat. 16. num. 33. & diſert. 21. num. 44. & 45.*

N. 40. Ex quo Franc. Nigr. Citiacus *tom. 2. controverſ. 247. num. 3.* Quod licentia data ſub conditione, ea non ad impleta pro non data habetur, *d. leg. qui hæredi leg. pecuniam quam 36. ff. ſi cert. pet.* Menoch. *conſ. 660. num. 3.* Tiraquell. *in tractat. de conſtitut. poſſ. part. 2. ampliat. 15. num. 2.* Et paria ſunt quid non fieri, vel fieri ſub conditione, quæ non adimpletur *d. leg. pecuniam. Honded. conſ. 60. num. 15. volum. 1.*

N. 41. Et Anton. Fab. *tom. 2. rational. ad leg. quemadmodum 7. §. ſi conditioni 10. ff. de inoff. teſtam.* ibi: *Ex natura ſcilicet omnium conditionũ, quas prius impleri neceſſe eſt, quam diſpoſitio conditionalis locum habere poſsit, leg. ei qui 13. & paſsim ff. de cond. & dem. leg. qui hæredi 44 & d. leg. mæuius 55. ff. eod. leg. facta 63. §. ſi ſub condit. ff. ad Trebell.*

N. 42. Et quando ad perfectionem actus plura requiruntur, omnia cenſentur eſſe de forma, ita vt ſi vnũ deficiat corruat omnis actus *leg. cum hi 8. §. ſi prætor addictus ff. de tranſact.* vbi Bart. & communiter DD. *leg. magis puto 5. §. non paſsim 9. §. idem prætor 10. ff. de rebus eorum.*

N. 43. Et ſic, ſi conditio reſcripti adimpleta non fuerit, non tribuit iuriſdictionem, etiam, ſi non fuerit impleta per impotentiam Rota Rom. apud Farinac. *dec. 194. num. 3. tom. 1. poſth.*

N. 44. Et probatur magis: nam de mandato ad facultatem Regiam valet argumentum. Iſernia & ibi eius Additionator litera L. *in cap. Imperialem num. 4. pag. 249. col. 4. in fin. de prohib. feud. alien.* Marin. Frecc. *de ſub feud. lib. 2. pag. 187* Sed mandatarius tenetur formam mandati adimplere, nec illius fines egredi poteſt, vt *in cap. cum dilecta de reſcript. & in leg. diligenter 5. ff. mandati.* Aliàs omne factum eſt nullum *cap. cum olim,* & ibi Abb. *de offic. deleg.* Alex *conſ. 57. num. 2. lib. 7.* Guido Papa, *dec. 70.* Ergo, cum illa facultas Regia, ſit conceſſa ſub qualitate, & conditione relinquendi alimenta Mariæ, cum Petrus hoc non adimpleret, omnis eius diſpoſitio omnino corruit?

N. 45. Nam quando vnum diſponitur, & aliud ſupponitur, non poteſt verificari diſpoſitio, niſi prius verificetur ſuppoſitio *gl. in leg. mancipia, verb. auocandum,* & ibi Bart. Bald. & Paul. *Cod. de ſeruis fugitiuis,* Dom. Salgado, *de Reg. protect. 1. part. cap. 2. num. 68.* & conceſſum ſub conditione, ſub contraria videtur ademptum *leg. ſi legatum purè 10. leg. legata inutiliter 14. ff. de adim. leg. leg. aliquando 116. ff. de cond. & dem. leg. quod purè 6. ff. quando dies leg. ced. leg.*

ſi pecunia

*ſi pecunia ff. ſi cert. pet.* Surd. *conſ.* 133. *num.* 27. *conſ.* 143. *num.* 44. *conſ.* 236. *num.* 5. & *conſ.* 294. *num.* 8. Natta *conſ.* 200. *num.* 5. Marcel-cot. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 103. *num.* 3. & 11. Et cum aliis Dom. Salgado, *in laberynt. credit. part.* 2. *cap.* 9. *n.* 45. qui ſic ad noſtram ipſam quæſtionem argumentatur, in verbis, *Con tanto*, vel ſimili facultate, quæ ea habeat.

N. 46. Et quia idem operatur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito, *leg. fin.* §. *fin. ff. de leg.* 3. *leg. Iulianus* 14. §. *ſi vendi tor*, & § *ſi procurator ff. de act. empt. leg. ſi ex toto* 8. *in pr. ff de leg.* 1. *leg. qui quartam* 15. *leg. ſi vt proponis* 2. *Cod. de nupt.* Dec. *conſ.* 382. *num.* 5. Petr. Surd. *conſ.* 45. *num.* 23. *conſ.* 80. *num.* 35. *conſ.* 89. *num.* 40. *conſ.* 94. *num.* 51. *conſ.* 151. *num.* 31. *conſ.* 298. *num.* 47. & *conſ.* 311. *num.* 13. Vincent. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 257. *num.* 65.

N. 47. Vnde Dom. Salgado. *d. cap.* 9. *num.* 47. 48. & 49. Quod facultas, & licentia data ad alienandum, ſeu hypothecandum bona maioratus, vel feudalia, ſub aliqua qualitate, aut conditione cenſeatur ſub contraria conditione adempta, & reuocata ex Oſaſco. Pariſ. Mieres. Rota. Burſato. Ciriaco, & Sfortia. apud eum videdis.

N. 48. Et in terminis terminantibus noſtræ quæſtionis, & in caſu facultatis Regiæ ad inſtituendum maioratum ſub qualitate, ideſt, *Con tanto*, vel dummodo relinquantur cæteris filiis alimẽta, quod illa dictio, *Con tanto*, faciat actum conditionalem ex cuius defectu corruat omnis actus, diſpoſitio, vel inſtitutio maioratus Dom Salgado, *in laberynth. credit.* 2. *part. cap.* 9. *nu.* 70. ibi: *Quare reſpectu huius maioratus facultas nihil operatur, nec eius virtute eius bona obligari poſſunt, cum fuerit conceſſa ſub hac expræſſa qualitate, conditione, & ſuppoſitione, con tanto que ſean vueſtros proprios:* Et poſtea: *Quia illa verba, Con tanto, quibus vtitur Regia facultas conditionem præciſſam important, qua deficiente facultas nihil operatur. Ita in terminis facultatis Regiæ quamplurimis citatis tenet Mieres de maiorat.* 4. *part. quæſt.* 11. *ex num.* 35. & *ſeqq.* & *ſignanter de verbo facultatis, Con tanto, ex num.* 38. Et inferius: *Et quod illa verba, Con tanto, inducant conditionem in ſpecifica forma adimplendam, bene Caſtillo, lib.* 5. *controuerſ. cap.* 125. *num.* 18.

N. 49. Ipſemet Dom. Salgado, *ibid. cap.* 10. *num.* 44. ibi: *de ſecunda qualitate, & conditione conſtat, ex facultatibus huiuſmodi, quæ expediri ſolent ſub hac conditione, Con tanto*, & poſtea: *Et quod hæc facultas ſit conditionalis, ita vt, hac conditione non verificata, penitus reddatur nulla, & omnes contractus eius virtute geſtos pariter corruere, & ſubuerti, validiſsimis fundamentis manifeſtè probauimus in capite antecedenti num.* 96. *cum multis ſeqq.* & *ſurſum ex nu.* 59. *quæ vide omnino.*

N. 50. Non ab hac re diſcedunt Tellus Fernandez, Caſtillo, & cæteri

Aa Regni

Regnicolę *in leg.* 27 *Tauri*, qui pro re clara, & indubitabili trãſeũt, quod hæc dictio *Contanto*, non ſolum inducat conditionem, ſed imo formam; & ſic, vt ſine diſputatione, in hoc ad intelligentiam illius legis accedunt; qui eſt celebris textus, & ponderatione dignus ad noſtram quæſtionem, opinionemque noſtram euidenter corroborans. Dum in illa docetur meliorationem valere, *Con tanto*, quod ſint vocati deſcendentes legitimi, taliter, quod, ſi hoc deficiat, corruat omnis actus.

N. 51. Dom. D. Ioann. del Caſtillo *lib.* 2 *controuerſ. cap.* 30. *nu.* 1. quod facientes *meliorationem ex tertio, & quinto ex lege* 27. *Tauri, præciſsè eius ordinem obſeruare debent, nec poſſe illum aliquo modo prauertere, eſt enim de ſubſtantia actus, vt denotat verbum* Con tanto, *quod inducit conditionem, quæ in ſpecifica forma debet adimpleri, vt in d. lege Didac. del Caſtillo in princ. Ioann. Lup. num.* 50 *Gomez Arias n.* 59. *Tello Fernandez n.* 3. *&* 17. *Auendaño gl.* 2. *in pr. Molina de primog. lib.* 2. *cap* 2. *n.* 11. 12. *&* 14. *Mieres de maiorat* 2. *part. quæſt.* 6. *n.* 25. *& in initio primæ partis circa fin. Ioann. Matienço in leg.* 11. *tit.* 6. *gl.* 9. *in pr. & gl.* 11. *n.* 3. *lib.* 5. *Recop. & ibi Azeuedo n.* 38. *&* 45. *Angulo gl.* 11. *n.* 2. *Ioann. Gutierr. pract. lib.* 3. *quæſt.* 52. *in princ.*

N. 52. Idem Dom. Caſtillo *lib.* 5. *cap.* 125. *num.* 18. ibi: *Dictio* con tanto *inducit conditionem, quæ in ſpecifica forma debet adimpleri* (tradit ad *leg.* 11. *Tauri*, qui eſt etiam celebris, & ponderandus pro nobis textus, ad hanc reſolutionem) *ſicuti ex eiſdem verbis in leg.* 27. *Tauri deduxerunt Didac. del Caſtillo, Ioann. Lup. Gomez, Arias, Tellus Fernandez, Velazquez, Auendaño, Ludouic. à Molina, Pelaez à Mieres, Matienço, Azeuedo, Angulo, quos egomet ipſe commemoraui, & ita notaui in comm. lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 1.

N. 53. Pelaez à Mieres *de maiorat.* 4. *part. quæſt.* 11. *n.* 35. affirmat periculoſam eſſe Dom. Ludou. de Molina opinionem tenentis, quod nõ relictis alimentis cæteris filijs ab inſtitutore maioratus, hæc ſuppleri, & ita non corruere diſpoſitionem maioratus, & facultatem Regiam ad illum conceſſam. Nam, affirmat Mieres dictioné dummodo inducere conditionem *cap. vt præteriti* 45. vbi eſt bonus *text. de elect. in* 6. Dominicus poſt Eleazarum *in cap. non poteſt §.* 1. *col. vlt. verſ. nota benè de præbend. in* 6. Bertrand. *conſ.* 201. *nu.* 5. *lib.* 1. Guido Pap. *conſ.* 205. *n.* 23. Ripa *lib.* 2. *reſponſ. cap.* 9. *col.* 1. Et idem Mieres *num.* 38. tenendo ipſam, & hanc noſtram opinionem citat *leg. prætor* 3. *in pr. ff. de collat. bon.* Felin. *in cap. cum dilecta nu.* 5. *verſ. ſecundum ſignum de reſcript.* Alex. Iaſſ. & alij *in leg.* 2. *ff. de vulg.* Bald. *in auth. matri, & auiæ num.* 3. *Cod. quando mul. tut. offic. fung. poſſ.* Curtius *conſ.* 73. ex pluribus Tiraquell. *de retract. §.* 1. *gloſ.* 21. *n.* 13. *& lib.* 2. *§.* 2. *gl.* 1. *& vnic. num.* 3.

N. 54. Et quod hæc dictio *Dummodo* latinè, hiſpanè *Con tanto* inducat condi-

conditionem vltra citata à prædictis DD. de iure Canonico, eſt *text. in cap. ex tuarum 5. de auth. & vſu pallij*, vbi per ſpecialem indulgentiam conceditur vni Archiepiſcopo vſus pallij extra ſuam Eccleſiã viſitando. ibi: *Dummodo is, ad quem Eccleſia pertinet, id permittat vtẽdi pallio in iam dictis caſibus liberam habens voluntatẽ.*

N. 55. De iure ciuili *in leg. impuberibus 7. ff. de ſuſpectis tutorib.* ibi: *Impuberibus quidem non permittitur ſuſpectos facere: adoleſcentibus, planè volentibus, ſuſpectos facere curatores ſuos permittitur, dummodo ex conſilio neceſſariorum id faciant.* Quid clarius?

N. 56. Ex Sacra Pagina, vt Leuit. *cap. 21. C. 17.* Iubet Dominus ad Moyſen, quod nullus filiorum Aaron eſſet Sacerdos, ſi alicuius defectus corporalis eſſet particeps, comedere vero panes in ſanctuario oblatos eis permiſsit, ſed hoc ſub conditione, quam his demonſtrauit verbis, *Ita dumtaxat, vt intra velum non ingrediatur, nec accedat ad altare, quia maculam habet, & contaminare non debet ſanctuarium meum.*

N. 57. Ex humanarum litterarum contextura Cic. 4. *academ. 232. & pro Quintio 65. & 3. offic. 109. quid qui omnia recta, & honeſta negligunt, dummodo potẽtiam conſequantur, non ne idem faciunt, &c.* Plaut. *Amphit. 8. 12, dummodo laude parta domum recipiat ſe.* Iuuenal *Satyr. 8. ad fin.*

*Malo pater ſit Therſites, dummodo tu ſis*
*Eacidæ ſimilis, Vulcaniaque arma capeſſas.*

N. 58. Facit in comprobationem prædictorum, nam hæc dictio *Con tanto*, vel *dummodo*, idẽ eſt, quod Gallico ſermone dictio *Pourueu*, Tiraquell. *de retract. lignag. §. 8. gl. 8. in med.* At vero dictio *Pourueu* conditionalis eſt, Guido Papa *conſ. 205. circa proceſſum, col. antepen. verſ. ſecundo eſt dictum*, quem ſequitur Franciſc. Ripa *lib. 2. reſponſ. cap. 9. Princeps col. 1.* Ergo, &c.

N. 59. Sufficientiſsimè ergo probatum remanet noſtræ quæſtionis aſſumptum, ſcilicèt facultatem Regiam eſſe conditionalem ex eo ſolum, quod in ea reperiatur dictio illa *Con tanto*. Sed adhuc dicã, quod quãuis talis dictitio in ea non reperiretur ex natura ipſius actus eſſet conditionalis, ita vt pater inſtituere maioratum non poſset, niſi prius ceteris filijs alimenta relinqueret, aliterque factã diſpoſitionem omnino corruere.

N. 60. Aſſumptum hoc probo ex Sacra pagina, *Paralipomenon lib. 2 cap. 21.* Vult Ioſaph. Rex Iudæorum, ſuum Ioram filium primogenitum, in Regno meliorare, & Sacra Scriptura, quæ nihil ſine miſterio ſcribit, Nam vt inquit Diuus Epiphan. Panar. *tom. 2 vbi verborum ordo, ibi miſterium eſt.* Et refert Dom. Salgado, *de Reg. protect. 4. part. cap. 3. num. 52.* Quando aliàs deberet incipere à diſpoſi-

diſpoſitione Regni, velut à principaliori parte, & poſtea cæteras res, vt minus eſſentiales referre; contrarium facit. Nam conſiderans, quod, ad hoc, vt pater poſſet accedere ad meliorationem, neceſſum erat, & ſub conditione præciſſum, vt diſpoſitio valeret, cæteris filijs Primo ſatisfacere, incipit ab hac parte, velut à neceſſario antecedenti, dicendo, *Deditque eis pater ſuus multa munera argenti, & auri, & penſitationes, cum ciuitatibus munitiſsimis in Iudà; Regnum tradidit Ioram eo quod eſſet primogenitus.*

N. 61. Eſt quee expræſſus, & ſine cauilatione *Text. in auth. de triente, & ſemiſſe cap. 1.* (Qui, meo videri, originem præbuit ad meliorationes) ibi: *Et natura primo curata competenter, ſic ad cæteras largitiones accedere,* in tantum enim Patri, conceſſit meliorationes inter filios facere, in quantum *primo*, ideſt, ante omnia, naturam ſatisfaceret, hoc eſt cæteris filijs alimenta relinquendo.

N. 62. Nam alimenta loco legitimæ ſuccedunt, quando inſtituitur ſimilis maioratus, vt docent ex quam plurimis Dom. Ludou. à Molina, *de maiorat. lib. 2, cap. 15. num. 10.* Baldes, *in addit. ad Roderic. Suarez ad leg. quoniam in prioribus. §. 1. num. 19. fol. 27. & limit. 2. ad leg. Regni. num. 12 fol. 79.* Ioſeph Seſſe. *dec. Aragon. 26. nu. 46.* Dom D. Ioan. del Caſtillo, *lib. 5. controuerſ. cap. 62. num. 94.*

N. 63 Probaturque euidentiſsime, nam ſi filius præteritus poteſt contratabulare teſtamentum, quia non eſt ei relicta legitima, *leg. cũ quæritur. 6. Cod de in offi. teſtam.* cum ſimilibus: Ergo ſimiliter id etiam poteſt facere filius, cui debentur alimenta, quæ in locum legitimæ ſubrroguntur? Et quamuis Dom. Ludou. à Molina, *d. cap. 15. num. 24.* fecit pro hac parte argumentum hoc, tenendo contrarium, non inueniendo ſolutionem, ſilentio prætermiſsit.

N. 64. Taliterque res ſe habet, quod imo data facultate Regia, ad inſtituendum maioratum ſub qualitate dotandi filias, ſi pater prius eas competenter dotauit, & poſtea res datæ in dote euincerétur, cum dubitaretur an filiæ poſſent inquirere ratione euictionis, an vero annullarent maioratus inſtitutionem Dom. Gregor. Lup. *in leg. 20 gl. non valdra 3. queſt. 31. tit. 9. part. 6.* pro conſtanti defendit annullari maioratum.

N. 65. Sunt eius verba: *Sed pone, quod data eſt facultas ad maioriam faciendam ſub conditione, ſi dotauerit competenter filias, pater vero dotauit filias traddens eis certa bona in dotem, & fecit de alijs bonis maioriam, & poſtmodum illa bona fuerunt filiabus euicta, an filiæ poterunt agere, de euictione, vel reſcindere maioriam, tanquam non ſeruata conditione? vide text. cum gloſſ. qui videtur probare, quod ſic. in leg. ſi vero. §. ſi patronus ff. de bonis libert.* Et hæc opinio eſt ſequenda quidquid in contrarium, relato, ſed non bene. Gregor. Lupo, teneat

teneat Dom. Molina *d. cap. 15. num. 35.*

N.66. Nam expræſſe probatur *in d. leg. ſi vero 8. §. ſi patronus 1.* vbi Apianus, *Si patronus legatum ſibi relictum agnouerit, idque fuerit euictum, competit ei legitimum auxilium: quia id, quod ſperault ſe habi turum, non habet. Sed & ſi non totum euictum ſit, verum aliquo minus habet, quam putauit, erit ei ſubueniendum.*

N.67. Hoc eſt ſecundum gloſſam, quæ docet quod poteſt contra tabulare teſtamentum, quod competebat patrono præterito contra hæredem ſcriptum in dimidiam partem: ab inteſtato in dimidiam bonorum poſſeſsio vnde legitimi iure veteri, nouior in tertiam.

N.68. Probaturque magis: nam imo pater relinquens cæteris filijs alimenta, ſed non competentia, dicitur ſeuerus, & contra officium paternum facere, vt idem Dom. Gregor Lup. *in leg. 11. gl. libremente tit. 4. partit. 6.* ibi: *Quod ſi pater ſe habeat ſeuerè contra alios filios in taxatione alimentorum, & contra pietatis officium.* Et poſtea quod idem ſit relinquere non competentia, quod non relinquere, ibi: *Nam cum pater valde enormiter, & contra boni viri ar bitrium, minuit ocaſione talis facultatis legitimas filiorum, idem eſt, ac ſi in totum tolleret, vt adducit Socin. conſ. 150. vol. 1. col. 5. & Dom. de Rota dec. 18 in nou ſ. in pr. col. 2.*

N.69. Taliſque ſe habet obligatio apud patrem relinquendi legitimam cæteris filijs. Vt adhuc relictis alimentis in inſtitutione maioratus, non deſint multum notæ Authores, qui etiam dubitent an ſit pater in conſcientia ſecurus. Hi ſunt Ioann. Lup. *in cap per veſtras 3. notab. §. 26.* Et Ioann. Cirier. *lib. 2. de primogenit. cap. 15.* vt reffert Dom. Couarr. *de ſponſ. part. 2. cap 8. §. 6. num. 6.*

N.70. Vltra quod, nunquam fuit intentio legis, dando facultatem donandi patri, apperire portam, vt deſtrueret, & naturales, & poſiti uas diſpoſitiones, *Auth de immenſ. donat.* ibi: *Et noſtram tranſcende re intentionem leg. 8. tit. 4. part. 5.* ibi. *E ſi por auentura alguno, que huuieſſe hijos legitimos, quiſieſſe facer donacion a otro, puedelo facer en tal manera, que toda via finque en ſaluo a los fijos la ſu parte legitima, tambien en vida de ſu padre, como deſpues de ſu muerte.* vbi Dom. Gregor. Lup. *gl. en vida circa pr.*

N.71. Vnde gallico ſermone hæc portio, quæ relinquenda eſt cæteris filijs in locum legitimæ dicitur, *apanagium*, à pane, Ripa *in leg. in quartam num. 133 ff ad leg falcid, & lib. 1. reſponſ. cap. 1. num. 13. & 17.* Et multi, quos reffert, & ſequitur Tiraquell. *de primog. quæſt. 4. num 33. & quæſt. 5. num. 4.* Molinæus *in conſuetud. Pariſienſ. tit. 15. §. 8 gl. 3 num. 14.* Anton. Gom. *in leg. 40. tauri num. 57.* Et ex eis Cordub a de Lara, *in leg. ſi quis à liberis §. ſi mater*

*num.56.ff.de liber.agnoſc.*

N.72. Probaturque adhuc magis: nam facultas ad inſtituendum maioratum ad fauorem vnius filij in præiuditium aliorum, non relinquendo eis alimenta, eſt contra omnem legem, & rationem, ita vt nec concedens facultatem, nec inſtitutor ſint in conſcientia tuti Marta *ff.nouiſ.tom.5.tit.de legitima cap.7.* Ex Roder. Suar. Iaſſ. Ripa, Decio, Steph. Aufrer. Felin. Dom. Couar. Ant. Gom. & alijs Dom. Ludouic. à Molina *de primog.lib.2.cap.1.n.14.* & ex Mãtica, & multis ex dictis Ioann. Gutierr. *pract.lib.5.quæſt.82.n.12.* Matienço *in leg.2.gl.1.tit.7.lib.5.Recop.* Dom. Greg. Lup. *in leg.11 tit.4.& in leg.32.gl.3.col.1.tit.9.partit.6.* idem Molina *d. diſput. 578.num.5* Ergo prius iuſtificanda eſt facultas Regia, quam illa ſit concedenda, quanto magis facere diſpoſitionem eius virtute?

N.73. Imo concludit Ioann. Gutierr. *d.quæſt.82.num.12.* ex Roder. Suarez, Mantica, Dom. Couarr. Dom. Molina, Dom. Greg. Lup. & Anton. Gom. quod facultas Regia, & inſtitutio maioratus, nõ relictis alimentis corruant, & nullius momenti ſint, ibi: *Primogeniumque vigore eiuſdem facultatis inſtitutum non poteſt vllo pacto ſubſtineri.* Ergo non ſufficit, quod poſtea detur hæc ſatisfactio? Et ſi nec facultas Regia valet, minus diſpoſitio, quam eius virtute fecit dictus Petrus, quando non adimpleuit eius conditionem, relinquendo alimenta dictæ Mariæ, cum imo hoc præcauiſſet dicta facultas Regia?

N.74. Et (vt nihil ad ſatisfactionem, & comprobationem huius reſolutionis omittamus) quamuis Bart. *in leg. quibus diebus 40. §. vlt.num.4.verſ. quid de dictione dummodo ff.de condit. & dem.* Dom. Ludou. à Molina locis relatis, & Aug. Barboſſ. *de dictionib. vſu freq. dictione 95.num.2.* teneant dictionem *dummodo* non importare conditionem, ſed modum: tribus in caſibus hoc limitant, quorum vnuſquiſque in hoc caſu noſtræ quæſtionis concurrit.

N.75. Primus: quando iungitur ei, quod venit implendum antequam actus perficiatur. Menoch. *conſ.918.n.10.* Bertrand. *conſ. 201.num.5.vol.1.* Curt. Senior *conſ.78.col.8.* Crauett *conſ.10.nu.14* Socin. Iun. *conſ.148.in fin.vol.1* Surd *conſ.186.num.11.& ſeqq. & dec.209 num.4.* Caſſan. *in conſuet. Burgund. rubr.8.§.5.verbo Chriſti nomine inuocato num.19.* Cenedo *ſingul.11.num.2.* Ripa, *lib. 2.reſponſ.cap.9.col.1.* Mandoſ. *in reg.31. chancell. quæſt.13.num.8. & reg.17.quæſt.2.num.3.* Et ex eis Aug. Barboſſ. *d. dict.95.nu.3.*

N.76. Et quod primo veniat relinquere in noſtro caſu, Mariæ alimẽta, quam progredi poſſet ad inſtitutionem maioratus, tam ex facultate ipſa Regia, quam ex natura ipſius actus euidentiſsime comprobatum remanet numeris proxime antecedentibus. Ergo

in opi

in opinione ipſa eorum, qui noſtræ contrariam tenent, hæc dictio *dummodo*, vel *Contanto*, in noſtro caſu conditionem importat, & non modum? Ergo ſine Duce eſt contraria opinio?

N.77. Secundus caſus eſt: quando illa dictio *dummodo* (in opinione contrariorum Authorum) adiungitur actui imperfecto. Nam tunc non dubitant conditionem inducere. Sic Dom. Ludou. à Molina, locis relatis, Cenedo *num.* 3 Aug. Barboſſ. *num.* 4. Puteus *dec.* 420 *num.* 4. *lib.* 1. *in correct.* Rebuff. *in concord. rubr. de reg ad prel. nomin.* 6. *fin. in verbo dummodo* Caualcan. *de vſufr. cap.* 9. *num.* 117. P. Thom. Sanch. *de matr. lib.* 3. *diſput.* 83. *num.* 2.

N.78. Si facultas ergo Regia eſt, ad inſtituẽdum maioratum, hoc nõ poteſt dici eſſe ad confirmandum, quod factum eſt, ſed ad faciẽdum denouo, quomodo poterit dici actus perfectus? Etſi actus non dicitur perfectus, ſed imperfectus, quãdo eſt partim factus, & partim non, *leg.* 2. ibi: *Quia ipſi animaduertunt aliquid deeſſe ff de orig. iur.* & plura citat Gonçalez *ad reg* 8. *chancell. gl.* 63. *num.* 31. Rot Rom. apud Farinac. *dec.* 725. *num.* 11. *part.* 2. *recent.* Et Aug Barboſſ. *axiom.* 12. *num.* 11. Multo magis imperfectus actus dicetur, quando non dum factus eſt, nec inſtitutus maioratus, ſed ad quem inſtituendum conceditur facultas.

N.79. Tertius caſus limitationis eſt: Et quod dictio *dummodo*, inducat conditionem, quando eſt adiecta diſpoſitioni, non executioni. Vt ex Socin Iun. *conſ.* 18. *num.* 3. *vol.* 3. Seraph *dec.* 1017. *nu.* 5. & Rot Rom. *dec.* 38. *part.* 1. *diuerſ.* Auguſt. Barboſſ. *d. dict.* 95. *num.* 6. Hìc vero poſita fuit in diſpoſitione, quæ incipit ab illis verbis *Doi licencia a vos el dicho Pedro, para que de los bienes vueſtros podais fundar mayorazgo*, & poſtea proſequitur. *Contanto que tengais obligacion a dexar, y dexeis a los otros vueſtros hijos alimentos, &c.* Executiuum vero incipit ab illis verbis, *lo qual todo quiero, y mando anſi ſe haga y cumpla, no embargante la ley, &c*

N.80. Executiuum enim eſt poſt perfectam diſpoſitionem, vt ex tradditis à Ioſeph. Seſſe *dec. Aragon.* 24. *n.* 5. Marta *de clauſul. clauſ.* 20. *num.* 1. Cardi. Tuſch. *pract. tom.* 1 *littera C. conc.* 312. *n.* 26. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 609. *à num.* 10. Vnde etiam ex hac limitatione euidens apparet in caſu noſtrę quæſtionis hæc reſolutio.

N.81. Sed, vt euidentior appareat, etiam ſi daremus hanc dictionẽ *dummodo*, eſſe modalem, & non conditionalem, cum poſita ſit à Principe, vel à lege neceſſario vt conditio obſeruari debuit, & parit omnes effectus conditionis, Angulo *de meliorat. in leg.* 10. *gl.* 4. *num.* 4. ibi *Quod verbum con tanto, quod latine ſonat dummodo, & inducit modum leg. cum ab eo ff de contrah. empt.* Bart. *num.* 5. *in leg. quibus diebus* 6. *termillius ff. de cõd. & dem qui legis modus neceſſario*

eſt

*eſt à teſtatore obſeruandus, quia, quantùm ad hoc, habetur loco conditionis leg. 1. ff. de ijs, qui ſub modo, leg. licet, & ibi notat Bart. ff. vt legat. nom. cauea. Ex quibus ſolet colligi forma ſubſtantialis leg. qui hæredi, leg. mænius, ff. de cond. & dem. gl. in leg. prætor in pr. ff. de collat. bon. & Bart. in leg. 2. §. fin. col. 1. ff. de donat. Bald. in auth. matri, & auiæ, Cod. quando mul. tut. offic. fung. poſſ. Iaſ. in leg. vniuerſa col. 3. Cod. de præc. Imper. offer. Dec. conſ. 11. num. 9. Pariſ. conſ. 19. num. 183. lib. 2. Felin. vbi ſup. n. 6. verſ. ſecundum ſignum, Peralta in leg. ſiquis in pr. teſtam. num. 206. de leg. 3. & tanquam communem refert Menchaca de ſucceſs. creat. §. 4. num. 26.*

N. 82. Melius, & ſine diſtinctione idem Aug. Barboſſ. cum multis, quos citat *d. dict. 95. n. 8.* ibi: *Illud obſeruandum eſt, quod, ſiue iſta dictio faciat modum, ſiue conditionem, ſemper requiritur, quod adimpleantur, ea, quibus iſta dictio adiungitur; aliàs ſi non interueniunt, actus corruit, nec conſequitur effectum. Rebuff. in comm. ad d. leg. maiore parte, verſ. verum, Stracha de mercatura, tit. de mandato num. 8. Pariſ. cõſ. 95. num. 44. vol. 2. Dec. conſ. 661. num. 12. verſ. ſecundo. Anchar. conſ. 169. num. 2. verſ. ſiue tamen contrarium. Grat. conſ. 86. num. 1. vol. 2. Alciat. conſ. 211. num. 3. Caualcan. d. cap. 9. num. 117. ad fin. & n. 119.*

N. 83. Iterum, & non minus rectè, idem Barboſſ. *de clauſul. vſufreq. clauſul. 51. num. 1.* vbi ſiue modalem, ſiue conditionalem nominat, in effectu æquiparando, & conditionem importantem, ibi de clauſula *dummodo, ſeu quatenus licita, & honeſta ſint,* ibi: *Hæc clauſula facit gratiam conditionalem, ſeu modalem, redditque confirmationem conditionalem, & ideo non ſufragatur, niſi doceatur pacta, ſeu conuentiones, aut ſtatuta ſub confirmatione contenta eſſe licita, & honeſta, &c.*

N. 84. Vnde Rota Rom. *dec. 519. num. 4.* apud Farinac. *tom. 2. recent.* quod gratia cum qualitate, *dummodo non excedat,* eſt conditionalis. Et vt idem Auguſt. Barboſſ. *ibid. num. 9. Hæc dictio reſtringit, & modificat præcedentia leg. lucius §. quæ habebat, & leg. ita tamen ff. ad Trebell. Rebuff. in prax. tit. de diſpenſat. ratione ætatis, in verbo prouiſio in pr. Cenedo d. ſingul. 1. num. 6. in pr. Seu facit contradictionem ad præcedentia Pariſ. conſ. 47. num. 7. vol. 3.*

N. 85. Et vt nullus dubitationis adſit ſcrupulus; quatuor ſunt contrariæ opinionis Athletæ, P. Molina, Surdus, Dom. Ludouicus à Molina, & eius Addit. cum quibus libenter in arenam deſcendo. Additionatores ſe referunt ad P. Molinam, Petrus Surdus, iiſdem fundamentis, quibus Dom. Ludouicus à Molina, motus fuit vnde, ſi vtrique Molinæ, ſatisfaciamus, remanebit ſine duce contraria opinio. Et his poteſt accedi de dictione *dummodo,* Auguſt. Barboſſ. *dict. 95.*

Primus

N.86. Primus ad prælium veniat P. Molina *diſput.* 578. *num.* 5. *& diſput.* 616. *num.* 6. At vero ille, *diſput.* 578. non loquitur de dictione, *Con tanto*, in *diſput. vero* 616. affirmat illam inducere modum, & non conditionem. In quo contrarius videtur. Cum in *diſputatione* 578 *verſ. ſecunda item pars*, conditionem continere apertiſsime demonſtret, nam cum dicat, quod, ſi in facultate regia ad inſtituendum maioratum non apponatur qualitas relinquendi alimenta cæteris filijs, cum alias facultas eſſet iniqua, & in valida, ſub intelligendam eſſe, ibi *Quod in conceſsione illa abſoluta, intelligenda ſit clauſula, & conditio apponi conſueta, ſine qua eſſet iniqua, vt ſcilicet reliquis liberis competentia alimenta relinquantur*, quid clarius potuit vocarè conditionem?

N.87. Vltraque progredior ex eiuſdem authoris verbis, cum paſsim affirmet inſtitutionem maioratus, in qua non relinquuntur competentia alimenta cæteris filijs, eſſe iniuſtam, inualidam, & nullam, vt *diſputat.* 578. *num.* 5. ibi: *Semper relinquenda ſunt cæteris competentia alimenta, attenta ipſorum qualitate, quin & fæminis competens dos in ratione alimentorum relinqui debet, vt nubere pro ratione ſui ſtatus, competenter poſsint. Quod ſi aliter inſtituatur maioratus, neque competentia alimenta relinquantur cæteris liberis, iniqua, & in ualida eſt ea inſtitutio tam in conſcientia, quam in exteriori foro.*

N.88. Et poſtea *verſ. tres priores*, ibi: *iniqua, & nulla in conſcientia, & in exteriori foro ſit inſtitutio, quæ competentia alimenta eis non reliquerit*, & quanuis dicat propter hoc eſſe moderandam, non vt iuriſperitus bonus arbitratur, immemor fuit noſtræ Iuriſprudentiæ vir alias omni laude dignus. Nam, ſi inſtitutio eſt nulla, quo modo moderanda? cum quod nullum eſt nullum poſsit producere effectum. Vt eſt axioma indubitatum in iure. Aliud enim eſt deberi modificari diſpoſitionem, velutí cæteris filijs præiuditiũ afferentem, aliud eſſe iniquam, inualidam, & nullam.

N.89. Imo idem P. Molina *d. diſput.* 578. *num.* 5. in Caſtella de ſimili facultate, quod concedatur ad minorandas legitimas cæterorũ filiorum, ibi: *Imo arbitror in Caſtella, vbi legitimæ filiorũ ſunt ſolum octo partes ex quindecim, & ſeptem parentibus libere relinquuntur, vt ex illis pro libito inſtituere poſsint maioratum, raro concedi debere facultatem; vt in maioratus inſtitutione contingantur legitimæ reliquorum filiorum, præter legitimam eius filij, qui ad tum maioratum immediate vocatur.*

N.90. Et poſtea *verſ. quartam.* de poteſtate Principis dubitat in hoc caſu cum affirmet; *teneri patrem relinquere filijs legitimam vſque ad competentia alimenta, eis neceſſaria, ſecus vero quoad exceſſum* Et proinde quod quanuis Princeps diſpenſare poſsit, vt attingat

legitimas cæterorum filiorum propter maioratus inſtitutionem; *non tamen poſsit diſpenſare, vt non accipiant tantum legitimæ, quantum ſatis ſit ad competentia alimenta: quoniam id eſſet diſpenſare iure naturali, ad quod non ſe extendit Principum poteſtas.*

N.91 Imo idem author inuehit contra talia facientes, *verſ. vltima vero*, ibi: *Cæterum quod ſi ſint duo filij, vnus excludatur ab accipiendis integris quatuor partibus, ex quindecim bonorum parentum, quæ ad ipſius legitimam ſpectant, vt alius pluſquam ex vndecim partibus ſuæ legitimæ, & tertij, ac quinti bonorum patris obtineat maioratum. Sanè æquitas id non patitur.*

N.92. Et maxime cum in contrarium non adſit communis boni ratio, nam, vt idem *verſ. quartam in fin. Maximè, cum non multum reipublicæ expediat multiplicatio maioratuum, imo fortè eſſet longè, vt illius non tot multiplicari, quot re ipſa multiplicati ſunt, & indies multiplicantur.*

N.93. Et vt *d. verſ. tres priores.* Idem teſtatur, ſi ſecluſa hac facultate, integra legitima filijs debetur, & pater contra ipſam facultatem, quæ continet qualitatem relinquendi filijs cæteris alimenta, ea non relinquendo procedit, iniqua, & nulla erit inſtitutio.

N.94. Conuincitur vlterius P. Molina ex ipſius met fundamentis, nam *d. diſput. 616. num. 6.* tenendo dictionem *Con tanto* eſſe modalem, & non conditionalem tribuit pro ratione. *Imo vero id non eſt aliud, quam obligatio, quæ ineſt, ex natura rei, eo ipſo, quod conceditur talis maioratus inſtitutio, eſto in facultate non exprimeretur.* Ergo ſi obligatio relinquendi alimenta cæteris filijs eſt de natura rei, etiam ſi à Principe non exprimeretur, multo fortius, ſi exprimitur, erit conditionalis facultas? vt iam diximus *a num. 59.* & dicemus *num. 103. & ſeqq.*

N.95. Et ſic idem P. Molina *d. diſput. 616. num. 6.* bene vidit non eſſe ſecurum in ſua opinione, nec eam tenendam, & tenet idem, quod Dom. Ludou. à Molina, quod in ipſa facultate regia à Principe taxentur cæteris filijs alimenta, bene vero inſtructo diuitiarum patris, & numeri filiorũ, vt diſturbia, & lites excuſentur ibi: *Eam vero clauſulam, ait Molina, vt ilem eſſe, tametſi non omnino litibus aditum præcludere, quod profecto confirmat, minime expedire concedi facultatem ad maioratus inſtituendos contingendo legitimas aliorum filiorum.*

N.96. Veniat igitur ſecundus ad diſputãdum Dom. Ludouic. à Molina, qui, ſi loco relato tenet talẽ dictionem *Con tanto*, eſſe modalẽ. Et quod, quanuis inſtitutor maioratus non relinquat alimenta cæteris filijs, eius diſpoſitio non annulletur. Sibi met contrarius contrarium docuit *lib. 1. cap. 15. num. 20. in fin.* ibi: *Cum ad hoc, vt*

*maioratus*

*maioratus perfecte inſtituatur, atque eius forma præciſſè obſeruetur, in*
*ipſa ſcriptura maioratus alimenta relinquenda ſint.* Ergo iam eſt de
forma facultatis Regię, vel inſtitutionis maioratus, quod alimen
ta relinquantur? Ergo forma non ſeruata corruit diſpoſitio? Er-
go ſine hoc maioratus non dicitur perfecte inſtitutus?

Vnde idem Molina *lib.2. cap.1. num.41.* tenet quod reffert P.
N.97. Molina, & diximus proxime *num.95.* quod ad excuſandas lites
taxentur alimenta in ipſa Regia facultate. Et *num.35* ibi: *Ad*
*quæ dubia vitanda vtile eſſet, quod in Regijs facultatibus adijceretur*
*clauſula, quod, quamuis dotes, ſeu alimenta competentia in ipſa maiora-*
*tus inſtitutione relicta non ſint, non ex eo maioratus annulletur; ſed fi-*
*lij, vel filiæ poſſent petere, atque exigere dotes, ſeu alimenta, ſeu eorum*
*ſupplementum,* bene enim proficenter, & conſtanter timet nullita
tis periculum.

N.98. Reſta igitur, vt ad ſatisfactionẽ fundamentorum contrariorũ,
quæ præcipue fuerunt Dom. Ludouic. à Molina, deueniamus.
Et Primo non obſtat Text. *in leg.1. ff. ad leg. Falcid.* in quo ita ſunt
I.C. Pauli verba *lex falcidia lata eſt, quæ primo capite liberam legan-*
*di facultatem dedit vſque ad dodrantem his verbis; qui ciues Romani*
*ſunt, qui eorum poſt hanc legem rogatam teſtamentum facere volet, vt*
*eam pecuniam, eiſque res, quibuſque dare, legare volet, ius, poteſtaſque*
*eſto, vt hac lege ſequenti licebit Secundo capite modum legatorum conſ*
*tituit his verbis. Quicunque ciuis Romanus poſt hanc legem rogatam*
*teſtamentum faciet, in quantum cuique ciui Romano pecuniam iure*
*publico dare, legare volet, ius, poteſtaſque eſto. Dum ita detur legatum,*
*ne minus quam partem quartam hæreditatis eo teſtamento hæredes ca-*
*piant, &c,*

Quia vltra quod in verbis ipſiusmet textus, eſt eius ſolutio Et
N.99. quod e poſſimus dicere non ibi reperiri dictionem *dummodo.* De
qua in noſtra quæſtione tractatur. Cum Dom. Ludouic. à Moli-
na, valde nitatur authoritate Alexandri. Eiuſdem Alexandri ſo-
lutione vtimur, qui *in d. leg.1. num.8.* ibi: *Non obſtat iſte textus;*
*quia teſtator hic non habebat facultatem teſtandi à diſpoſitione legis*
*falcidiæ, in qua erat adiecta illa dictio dummodo, &c. Scilicet à lege*
*duodecim tabularum. Sed in caſu, in quo ſolum à dicto ſtatuto tribuere-*
*tur dicta poteſtas aliud eſt per prædicta, præterea in caſu noſtro lex vl-*
*tra procedebat prouidendo, quod legata valeant; ſed defalcentur, &*
*quartam retineat hæres,* vnde infertur quod cum pro ſua opinione
Dom. Ludouic, à Molina afferat Alexandrum. Idem Alex. non ſo
lum non eam fouet, imo aduerſatur.

N.100 Non obſtat doctrina Raphaelis Cumani relata *ſupr. num.3.*
nam non eſt vera, & contrarium docet Alexander, vbi proxime:

Non

Nō obſtat doctrina Baldi, de qua *n.* 4. nā ibi iam fuit receptus, vt ciuis. Poſtea ergo venit ſoluere collectas. In noſtro caſu ſecus eſt, nam, vt diximus, prius eſt relinquere alimenta cæteris filijs, quā maioratum inſtituere.

N.101 Non obſtat quod filiæ excluſæ per ſtatutum debeatur dos, *vt ſupr. num.* 5. Nam non excluditur, nec probatur excludi per ſtatutum ſub conditione, quod ei detur dos. Et ſic ille caſus à Dom. Ludouic. à Molina ponderatus nihil ad rem facit. Non obſtat quod dictio *dūmodo*, ſi imponatur actui perfecto, importet modū ſecundum aliquos. Nam ſecundum alios eſt contrarium. Et bene huic impugnationi ſatisfactum remanet ex dictis ſupra *num.* 75. 76. 77. & 78. & eodem modo diſoluitur, quod diximus ſupra *num.* 8.

N.102 Ad relata à Molina *num.* 29. *vt ſupr. num.* 7. quod aſſignatio alimentorum poteſt fieri in alia ſcriptura poſt maioratus inſtitutionem, ſatisfacimus cum eodem Molina, relato ſupra *num.* 8. vltra quod hic iam impetrans facultatem à vita deceſsit, & per nullū inſtrumentum alimenta deſignauit.

N.103 Vltimoque non obſtat, quod traddit idem Molina. Quod conditio, quæ tacitè ineſt à iure, ſi exprimatur, non faciat actum cōditionalem, qua ratione tantò fuit ſatisfactus Dom. Ludouic. à Molina, *vt de primogen. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 31. dicat, *qua ſola conſideratione omnes huius rei dificultates facillimè diluuntur, atque hæc noſtra ſententia veriſsima eſſe monſtratur.* Nam ſi totum ſuę opinionis aſilum hæc ratio fuit, vt Statuam NabucoDonoſoris iudico.

N.104 Cum certiſsimum ſit in iure, conditionem, quæ tacitè ineſt à iure facere actum conditionalem ſi exprimatur, vt in terminis eſt ſine cauilatione textus *in leg. legatum* 65. §. *illi ſi volet ff. de leg.* 1. Gaius I. C. *Illi, ſi volet, ſtichum do, conditionale eſt legatum, & non aliter ad heredem tranſit, quam ſi legatarius voluerit: quāuis aliàs quod ſine adiectione ſi volet legatum ſit, ad heredem legatarij tranſmittitur. aliud eſt enim iuris, ſi quid tacitè continetur, aliud ſi verbis exprimatur* concordat *leg.* 30. *tit.* 9. *partit.* 6. vbi Dom. Gregor. Lup. Anton. Gom. *tom.* 1. *var. cap.* 3. *num.* 5. *verſ. quinto facit.* Et melius, & in terminis *cap.* 12. *num.* 47. vbi alios refert. Et vnde *gl. in cap.* 2. *verbo in certa de elect. in* 6. Tenet quod ſi ineſt tacite non eſt conditionalis, & eſt conditionalis quando exprimitur.

N.105 Ad idem eſt ſententia Modeſtini, *in leg. non nunquam* 52. *ff. de cond. & dem.* ibi: *Non nunquam contingit, vt quædam nominatim expreſſa officiant, quanuis omiſſa tacite intelligi potuiſſent, neceſſent ob futura: quod euenit, ſi alicui ita legatur titio, decem do lego, ſi manius capitolium aſcendat, & vellit efficere, vt titio legatum debeatur, non*

tamen

tamen pateat, vbi ſuperius tituli legati... ſimiliter ... cem do, nam in alienam voluntatem ... legatum non petit... dictum eſt, expreſſa nocent, non expreſſa non nocent.

N.106 Eſt etiam textus expræſſus in leg. ſi ita expreſſum erit 69. ff. de cond. & dem. ibi: *Si ita expreſſum erit, titio, ſi voluerit, decem lego, apud Labeonem Proculus notat, non aliter ad heredem legatari pertinere, quam ſi ipſe legatarius voluerit ad ſe pertinere, quia conditio perſonæ ... inſerta videtur.*

N.107 Facit dignus ponderatione textus in leg. *actus legitimi* 77. ff. de regul. iur. vbi Rapin. *Non nunquam tamen actus ſupra ſcripti tacite recipiunt, quæ aperte comprehenſa, vitium adferant.*

N.108 Nam ſi conditio tacita ita impedit natiuitatem actionis, ſicut expræſſa Bart. *in leg. item quia 4. §. huius rei num. 15. ff. de pact. & in leg. arbitrorum 3. num. 1. Cod. de arbitr.* ibi: *Expreſſum plus operatur tacito Bald. Bart. Iaſ. tract. regul. edit. Francofort. lib. 1. vol. 1. verbo expreſſum* vt his verbis affirmat Sebaſt. Neu. *Syſtem. iur. in leg. ſi ita legatum 68. §. illi ſi volet nu. 2. ff. de leg. 1.* quibus adde, *leg. quidquid adſtringendæ 98.* & quod ibi notant DD. *ff. de V. O.* & à Cardin. Tuſch. *pract. littera E. concl. 656.*

N.109 Ridiculum enim eſſet dicere, quod illud, quod de ſui natura eſſet conditionale, eo quod ea conditio exprimeretur ad maiorem eius firmitatem, deſineret eſſe conditionale; maiorem enim declarationem operatur expræſſio eius, quod tacitè ineſt *cap. quamquam 23. diſt.* Calder. *conſ. 221. verſ. ad idem facit, ſiue alias 1. de clenic non reſident.* & Cardin. Tuſch. *dict. concl. 656. num. 1.*

N.110 Et omni, quod de contrario opponitur, facillimo negotio diluemus. Si bene propoſitionem intelligamus. Quod conditio, quæ tacitè ineſt à iure, ſi exprimatur, non faciat actum conditionalē; non enim hoc eſt dicere, quod actus non ſit conditionalis, ſed ſolùm, quod talis expreſſio non faciat actum conditionalem, nam, quod ex ſui natura eſt conditionale, amplius per expræſſionem conditionale fieri non poteſt. Sicque tam faciliter, tanta ponderatio Dom. Ludou. à Molina diluitur.

N.111 Sed vt melius cognoſcatur noſtræ veritas reſolutionis, non obſtant textus in contrarium, adducti *ſupra n. 9.* Non primò textus *in leg. hæc verba 3. ff. de leg. 1.* vbi Vlp. *Hæc verba teſtatoris quiſquis mihi ex ſupra ſcriptis hæres erit, aut ſi hæres erit Seius, vel ſi hereditatem adierit, ſubiectum legatum, vel fideicommiſſum non faciunt conditionale,* non enim dicit I. C. non eſſe conditionale, ſed non faciunt conditionale.

N.112 Et melius ad hunc textum dicam, quod verba illa quiſquis mihi hæres. Poſita non fuerunt animo inducendi conditionem, ſed

 demonſ-

demonſtrationis gratia, ad demonſtrandum eum, qui ſoluere debeℓet legatum, & hunc manifeſte erat eſſe hæredem.

N. 113 Si iam non declaramus hanc legem, & eius entinomiam cum *d. leg. ſi legatum* 65. eiuſdem tit. ſecundum elegantem Iacobi Cuiacij doctrinam *in comment. ad dict. tit. ff. de leg. 1. ſuper hac leg.* 3. Nam omnia, quæ dicuntur ineſſe, non eodem modo ineſſe ſemper dicuntur, nam aut inſunt ſimpliciter, aut inſunt ſecundum aliquid.

N. 114 *Legato hoc ait Cujac. ineſt ſimpliciter, ſi hæres adierit: quoniam abſque eo non conſiſtit legatum. Itaque fruſtra id exprimitur. Sic homini ineſt ſimpliciter, vt animal ſit, itaque qui legat hominem, fruſtra exprimit animal. At ſecundum aliquid hoc ineſt legato, ſi volet, quoniam accidere poterit, vt repudiet legatum. Verum ſine voluntate legatarij ipſo iure conſiſtit legatum, imo & ignoranti adquiritur. leg. ſi à furioſo de Ob. & act. leg. cum pater* §. *ſurdo de leg. 2. leg ſi partē, ff. quēadmod. ſeruit. amit. leg filius fam. ff. qui teſtam fac. poſſ. Ideoque fruſtra hoc non exprimitur ſi vollet, quoniam ſic fit, vt legatum non acquiratur ignoranti, vt legatum tale non conſiſtat, antequam legatarius conſtituerit ſe velle: quod tamen illo non expreſſo, ita ſe nō habeat, leg. ſi ita expreſſum de cond. & dem. Lex vtitur hac ratione, quia conditio illa, ſi vollet perſonæ iniuncta videtur: quia ſcilicet illa conditio nō ineſt naturæ rei, ſed perſonæ; fieri poteſt, vt repudiet, re ipſa igitur non ineſt.*

N. 115 Relinquere, vel debere patres alimenta filijs eſt obligatio de eorum officio, eſt conditio, quæ tacitè ineſt ſecundum aliquid, quod eſt, ex cauſa preiuditij, quod eis in legitima infertur per inſtitutionem maioratus, legitimæ enim loco ſubrogantur alimenta, ſic igitur Princeps hoc inſinuat conditionale in facultate Regia. Et quod in alia forma non inſtituatur maioratus. Et non ſolum vollui conditionem eſſe relinquendi alimenta, ſed quod Petrus ipſe relinqueret, ibi: *Con tanto que tengais obligacion à dejar, y dejeis à la dicha nueſtra hija, alimentos, &c.* Vnde euidenter non obſtare prædictum textum conſtat.

N. 116 Sicuti nec obſtat text. *in leg. in conditionibus* §11. *ff. de cōd. & dem.* vbi idem Vlp. *hæc ſcriptura, ſi primus hæres erit, damnas eſto dare, pro conditione non eſt accipienda, magis enim demonſtrauit teſtator, quam legatum debeatur, quam conditionem inſeruit, niſi forte hoc animo fuerat teſtator, vt faceret conditionem.* Nam eodem modo diſſoluitur. Imo ex hoc textu comprobantur, quæ diximus ad ſolutionem *d. leg.* 3 *num.* 111. quod demonſtrationis cauſa, non conditionis fuit appoſita clauſula.

N. 117 Imo ex hoc textu noſtra comprobatur ſententia, & reſolutio, & in

& in ſua conuincitur Dom. Ludouic. à Molina: Cum in noſtro caſu, vel in ſimili de animo Principis conſtet, & ex eo eſſe conditionis appoſitionē, & in hoc caſu potius decidit textus eſſe conditionē, ibi: *Niſi forte hoc animo fuerat teſtator, vt faceret conditionem.*

N.118 Eodem modo diſoluitur text. *in leg. ſi titio 22. §. quædam 1. ff. quādo dies leg. ced.* vbi Pomponius. *Quædam autem conditiones etiam ſuperuacuæ ſunt, veluti ſi ita ſcribat titius hæres eſto: ſi titius hæreditatem meam adierit, mæuio decem dato. Nam pro non ſcripto ea conditio erit, vt omnimodo ad hæredem mæuij legatum tranſeat, etiam ſi mæuius ante additam hæreditatem deceſſerit.*

N.119 Eodem modo diſoluitur text. *in cap. fin. de præſumpt.* & quia in illo textu non fuit Pontificis intentio inducere conditionem, & ſic ſuum eſſe animum declarauit, dādo rationem illis verbis *cum prima facie præſumatur idoneus.*

N.120 Omnia adducta pro ſua opinione à Dom. Ludiuic. à Molina, euidenter ſatisfacta remanent, ſolum videtur pro illo adeſſe Alexandrum, vt Dom. Molina citat, imo etiam hic contra illum retorquetur. Cum Alex. potius noſtram opinionem teneat contra Raph. Cuman. ex Ioann. de An. *in cap. ex tuarum de auth. & vſu pallij & in reg. nullus ex conſilio de re iud. in 6.* ait ergo Alex.

N.121 *Sed aduertè, quod in contrarium facit, quia illa dictio dummodo requirit, quod de neceſsitate exiſtat illud, cui dicta dictio iniungitur, ad hoc, vt actus poſsit effectum ſortiri.* Et poſtea *Ergo ſi teſtator deceſsit & non reliquit id, quod, à ſtatuto erat prouiſum, eſt impoſsibile, quod actus ſortiatur effectum.*

N.122 Solet etiam in contrarium ab aliquibus adduci Rotæ deciſsio, quæ eſt 231. *in nouiſ. & eſt deciſsio vnic. de condit. appoſ.* Quæ maiorem interpretationē non petit, quā ea, quæ ex eius verbis colligitur. Sūt ergo: *Ordinatio, ſiue diſmembratio facta ſub modo reſolubili per aliquem legatum, licet modus non ſeruetur, ordinatio nihilominus ſtat in ſuo robore, nec reſoluitur ipſo iure, licet poſsit agi ad reſolutionem ipſius, & retroductionem, ſeu retractationem rei datæ conditione ob cauſam.*

N.123. Et quia hæc deciſsio non tractat de dictione *dummodo*, an ſit conditionalis vel non, ſed ſolum de vna diſpoſitione, quæ fuit modalis. Ex quibus nihil ad noſtrum propoſitum facit. Imo adhuc hæc deciſsio in proprijs terminis noſtræ eſt fauorabilis ſententiæ. Cum etiam in diſpoſitione modali dicat, quod, non ſeruato modo, *nō reſoluitur ipſo iure, licet poſsit agi ad reſolutionē ipſius.*

N.124 Conuincitur que Aug. Barboſſ. cum multis in locis hanc dictionem *dummodo* conditionalē ponderet ſic. *de clauſul. vſufreq. clauſul. 46. nu. 4.* quod clauſula *dummodo cauſa non ſit inſtructa.*

Eſſe

Eſſe conditionalem ex Marta *de clauſul. part. 1. clauſul. 36. num. 5.* ſic *clauſul. 40. num. 1.* quod clauſula *dummodo omnes ſimul non excedant medietatem, &c.* Eſſe conditionalem ex Caſſador. Gigante Campan. & Marcheſan.

N.125 Sic, *& clauſ. 54.* de clauſula *dummodo collatio ſit deuoluta*, ibi *nu. 1. Cum conditionali hac clauſula prouiſionem impetrans debet deuolutionem probare, quia in hoc caſu non intelligitur Papam voluiſſe prouidere, niſi collatio ad Sedem Apoſtolicam ſit deuoluta Caſſador dec. 5. n. 3. de prebend. Caputaquen. dec. 63. lib. 1. Mantica dec. 260. n. 1.*

N.126 Sic, *& clauſul. 48. num. 4.* de clauſula *dummodo mille remaneant pro Epiſcopo*, ibi: *Cum ſit conditionalis hec clauſula, penſio cum ea reſeruata iure meritò ante verificationem conditionis, quod mille remaneãt pro Epiſcopo, non poteſt dici debita l. Thais ancilla §. Stichus ff. de fideicomm. libert. Cephal. conſ. 17. num. 21. Caſſador. dec. 10. nu. 8. de reſcript. Et ideo ante omnia verificari debet Gregor. dec. 57. num. 2.*

N.127 Sic & *clauſ. 47. num. 4.* de clauſula *dummodo remaneant centum pro rectore.* ibi: *Et quamuis huiuſmodi clauſula debeat intelligi de tempore gratie, & reſeruationis, vt ex multis concludit Nicol. Garcia d. part. 1. cap. 5. num. 398.*

N.128 Imo in noſtro caſu ſuperflua videntur omnia dicta, & quamuis facultas Regia non haberet illam dictionem *Contanto*, quæ conditionem inducit, cum ſufficeret obligatio, vel qualitas, quæ ex illis verbis inducitur, *que tengais obligacion a dejar, y dejeis a los dichos vueſtros hijos alimentos, &c.* Quæ verba loquũtur de ipſiſsima perſona Petri: ibi *tengais*; & de ipſo tempore eius diſpoſitionis. ibi: *dejeis*, nam hæc ſola verba conditionem inducunt. Ita vt illam nec hæres poſsit adimplere, nec ex alia forma ſuppleri, quod vtrumque probatur ex text. *in leg. Thais ancilla 41. §. ſtichus & Damas, cum ſeq. ff. de fidei commiſſ. libert.*

N.129 Dictus §. *ſtichus*. ibi: *Stichus, & Damas ſerui mei, ſi rationes reddideritis, liberi ſtote: quæſitum eſt, an non ſolum rationes, verum ſi qua alia conſilio, & fraude eorum amota ſunt, præſtari ab his debeant, vt ad libertatem perueniant? reſpondit rationem reddendarum conditione contineri omne, quod quoquo generi ſerui actum, ſi demque reſpiceret.*

N.130 §. *Intra 12.* eiuſdẽ legis Secundã partẽ probat. ibi: *Intra certa tempora conditioni reddendarum rationum non paruerunt: Poſtea parati erant; quæſitum eſt an perueniant ad libertatem? reſpondit, ſi per ipſos ſtetiſſet quominus intra tempora præſcripta conditioni parerent, non idcirco liberos fore, quod poſtea rationes vellint reddere.*

N.131 Et facultas aliquid faciendi intelligitur de tempore, quod fuit contemplatum Steph. Gratian *diſcept. forenſ. cap. 370. num. 9.* Et qualitas adiuncta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi *leg.*

ſciendum

*ſcieudum* 70. *ſi fundam ff. qui ſatiſd. cog. leg. in delictis* 4. § 1. *ff. de noxal. act. leg. ex facto* 9. §. *pen. ff. ad Trebell. leg. ex facto ff. de vulg.* vbi Bart. *num* 1. Alex. Ludou. *dec.* 192. *num.* 2. ex quam pluribus Robles *de re præſent. lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 5.

N. 132 Et velut in terminis cum ſimili ponderatione Baeça *de non melio randis filiabus cap.* 10. *n.* 2. *& ſeqq.* & adde Brunum *in tractatu de ſtatuto excludente fæminas art.* 13 *quæſt.* 32. *num.* 308. *& art.* 6. *memb.* 4. *quæſt.* 9 qui qualitatem excluſiuam adeſſe debere affirmat tempore, quo res præſtatur, vel de ea diſponitur. Et noſtram reſolutionem, vltra prædicta, comprobant *leg. Rutilia Polla ff. de contrah. empt.* Iacobi Nouell. *reg.* 166. *incip. qualitas adiecta* Thom. Actius *de ludo Scacchorum, quæſt.* 12 *num.* 102. *& ſeq.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 1. *quæſt.* 2. *num* 10.

N. 133 Ergo, cùm Princeps facultatem Petro daret ad inſtituendum maioratum ad fauorem Ludouici omnium ſuorum bonorum in præiuditium legitimæ dictæ Mariæ, dummodò ei relinqueret alimenta; hæc relinquenda intelligi debent in ipſa maioratus inſtitutione; quod tempus Princeps conſiderauit? Nam, cum ſit qualitas diſpoſitioni coniuncta, debet intelligi ſecundum illius tempus.

N. 134 Et, ſi gerundium, relinquendo, vel dando alimenta, aut ſimilia, conditionem inducit Azeuedo *in leg.* 4. *num.* 188 *tit.* 21 *lib.* 4 *recop.* & communiter omnes, multo fortius Principe dicente. *Con tanto que tengais obligacion a dejar, y dejeis alimentos &c.* Et in materia ſtricti iuris, vt eſt hæc, verba præſentis temporis ad futurum non trahuntur *leg. ſi ſtipulatus fuerim* 76. §. *cum ſtipulamur.* Et ibi Bart. & cæteri cum concord. tradditis à Iaſſ. *ff. de V. O* Hieron. Mogon. *dec. lucenſi* 153. *n.* 12.

N. 135 Et omnis qualitas, actui alicui adiecta, debet adeſſe tempore actus, & exercitij ipſius *gl. verbo annexi in Clem.* 2 *de ætat. & qualit.* Et probatur ex *leg. excuſantur* §. 1. *de excuſ. tut.* Dec. *cap. poſt ceſſionem num.* 5. 17. *&* 18. *de probat.* Paul Pariſ. *conſ.* 62. *num.* 6. *vol.* 4. Suarez, *allegat.* 12. Auendaño, *cap.* 12. *prætor. num.* 3. *verſ. octauum eſt & cap.* 23. *num.* 7 *lib.* 2.

N. 136 Et qualitas à lege requiſita ſubſtantialis eſt formæ, Auendaño, *reſponſ.* 4, *in fin.* Et conditio appoſita per legem, vel ſtatutum non leuem ſolemnitatem inducit, ſed neceſſe eſt, vt ea exiſtat, argum. *d. leg. prætor* 3. *in pr. ff. de collat. bon.* Et ex Bald. Alex. Franc. Aret. Iaſſ. Felin. Philip. Dec. Caſtellian. Cott. Math. de Afflict. & Ludouic. Gozadin Andr. Tiraquell. *de retract. conuent.* §. 2. *gl. vnic n.* 3.

N. 137 Et, qualitercunque conſideretur, conditio in ſpecifica forma debet adimpleri Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 12. *tit.* 43. *per totum*, Dom. D. Ioſeph. Vela, *diſertat.* 7. *n.* 8. *&* 9. *& diſertat.* 16. *num.* 33.

*& diſert.21.num.44 & 45.tom.1* Steph. Gratian. *diſcept.forenſ.cap.786.num.14.& cap.356.n.20.* & quamplurimi relati ab Aug. Barboſſ. *litera C.axiomat.48.num.3.*

N.138 Et dicitur indiuidua appoſita ad ſubſtantiam actus *leg. cui fundus 56.ff.de cond.& dem* Ant. Fab. *tom.2.rational. ad leg. hæredes eius 25.§. idem iuris eſt 13.in pr.ff.famil.hercisc.* Franc. Nigr. Ciriac. *tom. 3.controuerſ.forenſ.546.num.68. 69.& 53.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.207.num.22.*

N.139 Et ſic debet in totum adimpleri Franciſc. Merlin. *controuerſ.forenſ.cap.86.num.10.& 11.* Et ſic non ſufficit, quod poſtea Ludouicus offerat alimenta, ſed debuit ea relinquere in ipſa inſtitutione maioratus dictus Petrus, qui a Principe facultatem dictā Regiam impetrauit, ibi: *Tengais obligacion a dejar, y dejeis, &c.*

N.140 Nam tempus determinatum importat contrariam diſpoſitionem finito tempore Alex. Ludou. *dec.308.num.12.* Nec tranſacto tempore poteſt impleri ad conſequendam actionem Mantica *de tacit.& ambig.conuent.lib.4.tit.31.num.66.& lib.8.tit.4.n.3.* Sicuti, & eodem modo executor, vt facultatis Regiæ erat dictus Petrus, excedit pluribus modis de re ad rem, de quantitate, ad quantitatē, de perſona, ad perſonam, & de tempore ad tempus, vt ex quam plurimis Dom. Salgado *de reg. protect.4.part.cap.3.num.72.*

N.141 Et ex eo, quod conceditur facultas, cum vna facultate, in alia videtur denegata Franc. Nigr. Ciriac. *tom.2.controuerſ.364.num.21.* Et quando lex, vel Princeps concedit aliquid de nouo cum modificationibus intelliguntur de forma Dom. D. Ioann. del Caſtillo, *lib. 5.controuerſ.cap.149.num 25.& ſeqq.*

N.142 Nec datur moræ purgatio Tiraquell. *de retract conuent.§.2.gl.vnic.num.4.* Nec ad hæredes tranſit implementum. Steph. Gratian. *diſcept.forenſ.cap.104.num.26.* Nam, ſi ſemel deficit, non poteſt amplius adimpleri, *idem cap.137.num.1.* Et eius natura eſt, vt impleatur ante executionem actus, *idem cap.45.num.19.*

N.143 Nam talis eſt qualitatis, quod in vllo debet deficere; & qui iuſſus eſt dare vni, non adimplet dando alteri, quanuis omne ad vnū met finem veniat, *leg.qui hæredi 44.ff.de cond.& dem.* ibi Paul. *qui hæredi dare iuſſus eſt ſeruo alieno inſtituto, non domino dare debet: nam & ſi alio hærede inſtituto iuſſus eſt ſeruo titij dare, ipſi ſeruo datur.*

N.144 Probaturque in caſu noſtræ queſtionis expreſſe, ex eodem I.C. Paulo, *in leg. promiſſor ſtichi 21.§ conſtituto 2. ff. de conſtitut. pecun.* ibi: *Conſtituto ſatis non facit, qui ſoluturum ſe conſtituit, ſi offerat ſatiſfactionem.* Ergo non impleuit qualitatē relinquendi aliménta Mariæ dictus Petrus, ex eo, quod promptus ſit ad ſatisfactionē Ludouicus?

N.145 Non minoris ponderationis eſt textus, *in leg. ſi pupillorum.7.§.*

*ſi prætor.*

*ſi prætor ff. de rebus eorum*, ibi: *Si prætor tutoribus permiſſerit vendere, illi obligauerint, vel è contra, an valeat, quod actum eſt, & mea fert opinio, eum, qui, aliud fecit, quam à prætore decretum eſt, nihil egiſſe.*

N.146 Si igitur data facultate ad maioratum, minus ea vtendo, ex eo ſolum, quod forma ſeruata non fuit, corruit omne factum, vt in prędicto textu demoſtratur, multo magis excedendo, & transgrediendo formam facultatis Regiæ corruet diſpoſitio. Et ſic ad diſpoſitionem dicti Petri cum I. C. dicemus, *eum qui aliud fecit, quam à prætore decretum eſt, nihil egiſſe.*

N.147 Quibus accedit quod materia facultatis Regiæ, eſt rigurosa *gl. in verbo ſecundum quoſdam in cap. 1. de natura ſucceſſ. feud.* Andr. de Iſernia *in d. cap. Imperialem num. 4. pag. 249. in fin. de prohibit. feud. alienat.* Thom. Minadous, *conſ. 1. num. 7.* Franciſc. de Ponte *in tractat. de offic. Prorregis tit. de refutat. feudor. §. 6. num. 5. & 7.*

N.148 Et quamuis ſit fauorabilis reſpectu primogenij, eſt odioſa reſpectu aliorum filiorum vt ex Bald. Iaſſ. Alciat. Pariſ. Curt. Iun. Socin. Iun. Carol. Molin. Menoch. & alijs Dom. Ludouic. a Molina *de primog. lib. 1. cap. 18. num. 6.*

N.149 Nam magna iniuria fit filiæ, cui minus quam ſuam legitimam propter filium maſculum pater relinquit *leg. titia cum teſtamẽto 34. §. lucius i. ius relictis ff. de leg. 2.* ibi: *Et peto à te filia chariſsima, ne vel lis iraſci quod ampliorem ſubſtantiam, fratri tuo relinquerem, quem ſcis magna onera ſubſtentaturum.*

N.150 Et ſic ſtrictiſsimè eſt interpretanda contra alios filios, Ioann. Cirier. *in tractat. de primogenitura lib. 2. quæſt. 9.* quẽ ſequitur, Mieres *de maiorat. 2. part. quæſt. 3. nu. 8.* Et debet reſtringi, vt minus lædat iuri communi *leg. 2. Cod. de no. al.* Felin. qui plures reffert *in cap. 1. de reſcript.* Dom. Molina, *de primog. lib. 2. cap. 10. num. 77.*

N.151 Cum, imo idemmet Dom. Molina *d. lib. 2. cap. 1. num. 40.* cum de alimentis tractaret, ibi; *Hoc tamen iudicis arbitrium, quod circa dotis, ſeu alimentorum taxationem verſatur, latiſsimum, non autem ſtrictum, ac tenax eſſe debet; ita vt in hoc iudex fauori filiorum, potius, quam maioratus conſeruationi propẽſior ſit, prout ſup. lib. 1. cap. 18. n. 6. appertiſsimè demonſtrauimus, ſicque à rectiſsimis, peritiſsimiſque iudicibus frequenter obſeruatum vidimus, idque ipſum primogeniorum inſtitutoribus conſulendum erit.*

N.152 Eiuſque tenor attendendus *cap. recipimus 8. de priuileg. cap. porro 7. eod. tit.* ibi: *Quod totum ex inſpectione priuilegiorum plenius aduertere poteſt, & ſecundum quod inueneris, ita obſerues. Sic enim eos volumus priuilegiorum ſuorum ſeruare tenorẽ, quod eorum metas trãſgredi minime videantur.*

N.153 Ergo, cum verba facultatis Regiæ referantur ad dictum Petrum inſti

inſtitutorem maioratus, quod relinqueret alimenta dictæ Mariæ ſuæ filiæ in ſua diſpoſitione, non de vno ad alium poteſt transgredi caſum, nec de vna ad aliam perſonam, hoc eſt quod poſsit nullatenus ſuppleri extra ſuam diſpoſitionem, vel per ſuos hæredes, vel per ſucceſſorem?

N.154 Quia cum facultas Regia ſit odioſa ad alium caſum vltra expreſſum non extenditur, etiamſi minor ſit, & ex identitate, nec etiam ex maioritate rationis *cap. cum dilecta 22 de reſcript. cap. ex parte 12. de offic. deleg. d. leg. ſi pupillorum.* Afflict. *lib. 3. conſtit. rubr. 5. nu. 16. & in cap. 1. num. 10. de prohib. feud. alienat.* Pinell. *in leg. 1. 3. part. nu. 52. Cod. de bon. matern.* Mieres *de maiorat. 4. part. quæſt. 2. limit. 1. n. 18.* Franc. de Ponte *de poteſtate Proregis. §. 6. de refut. feud. num. 6. & 7.* Et ex Theologis P. Suarez *de legib. lib. 8. cap. 28. nu. 11.* Salas *de legib. quæſt. 96. ſect. 8, tract. 14. diſp. 17.*

N.155 Et ſic cum facultas Regia ad caſum limitatum reducatur, Hoc eſt dummodo relinquerentur alimenta dictæ Mariæ, limitatum effectum produxit, ſicut & cauſa limitata limitatum Dom. Gregor. Lup. *in leg. 2. gl. 17. col. 2, tit. 15. partit. 2.* Et quando non fuiſſet tam euidens, vt eſt, quod hæc facultas Regia ſit conditionalis, quod in ea illa facultas relinquendi alimenta fuiſſet dicto Petro perſonaliſſima, quando adhuc de hoc dubitaretur, contra illum in omnibus, & per omnia erat interprætanda; quia verba facultatis contra impetrantem ſunt interprætanda, *leg. quidquid adſtringendæ 99. ff. de V. O.* Carleual *de iudic. tom. 1. tit. 3. diſput. 23. ſub num. 46. verſ. ſecundo quoniam, & n. 9.* Dom. Salgado *in laberynth. credit. 1. part. cap. 31. n. 20.*

N.156 Vnde ſine dubitationis imagine in hac diſputatione concludendum iudico, eam facultatem Regiam eſſe conditionalem, & dictionem *Con tanto*, latinè *Dummodo*, conditionem inducere. Itaut ex eo ſolùm, quod dictus Petrus non reliquit alimenta dictæ Mariæ in ipſa inſtitutione maioratus, maioratum annullari, & omnem eius diſpoſitionem corruere, & non poſſe hanc alimentorum aſsignationem fieri, vel per hæredes, vel per iudicem, & ſic in iudicando, & conſulendo verius & iudico, & defendo.

N.157 Nec ſic his præhabitis alicuius erit obſtaculi dicere quod iam dictus Petrus reliquit alimenta dictæ Mariæ, quæ ſi competentia non ſunt, poterunt ſuppleri, ergo iam conditio eſt adimpleta? Nam non relicta talia alimenta videntur ex eo, quod relinquuntur conditionaliter, ſi à viro diuerteret, vel diſſolutum eſſet matrimoniū.

N.158 Et filij poſiti in conditione nō dicuntur vocati *leg. Lucius 85. & ibi gl. ff. de hæred. inſtit.* Theſaur. *dec. 96. per totam*, Flores Diaz de Mena, *in addit. ad Gamā. dec. 34. in fin.* Cald. Pereira *de nominat. emphy. quæſt. 2. num. 6.* Dom. D. Ioann. del Caſtillo *lib. 2. controuerſ. cap. 26. num. 83.*

Ad quod

N.159 Ad quod non indigebamus maiori ponderatione, quam I.C. Paulo in leg. ſubſtitutio 42. ff. de adqu. rer. dom. ibi: *Subſtitutio, quæ non dum competit, extra bona noſtra eſt*, & quod ibi notat Accurſ. & cæteri ſcribentes, & Iacob. Cujac. *lib. 11. Pauli ad edictum*. Et Baeça *de non meliorand. dot. rat. filiab. cap. 22. num. 5. & 7.* ibi: *Rurſus ſubſtitutio eſt ſpes valde incerta, cum poſsit maſculus habere filios, & huiuſmodi ſpes non cenſetur locupletare eos, qui illas habent, iuxta ſententiam Alex. & Iaſſ. in leg. commodis, ff. de re iud. Bald. in leg. ſpem Cod. de donat. leg. alienationis §. occaſiones ff. de V.S. appellatione enim rei, non venit ſpes, authore Romano leg. ſi is poteſt col. 1. ff. de adq. hæred.* Idem Baeça *cap. 25. num. 4. & ſeqq.*

N.160 Et alimenta ſuccedunt loco legitimæ, quando inſtituitur ſimilis maioratus, vt diximus *ſupr. num. 62.* & docent Corduba de Lara, *in leg. ſi quis à liberis §. idem reſcripſit num. 145. ff de liber. agnoſc.* Valdeſsius *in addit ad Roderic Suarez ad leg. quoniam in prioribus §. ad rem 1. num. 19. litera T.* Dom. Couarr. *de ſponſ. 2. part. cap. 8. §. 6. num. 24.* Dom. Ludouic. à Molina, *de primog. lib. 2. cap. 15. num. 6.* Dom. D. Ioann del Caſtillo, *lib. 5. controuerſ. cap. 62. num. 94.*

N.161 Vnde Valdeſsius, loco relato, ibi: *quod, etiam ſi habeat facultatem Regiam, non poteſt impo[ne]re hoc onus, quia alimenta, quæ dantur ex facultate Regia ſunt loco legitimæ, & non recipiunt conditionem.*

N.162 Valet igitur argumentum de alimentis ad legitimam, vt ex Bart. Angel Paul. de Caſtr. & Imol. *in leg. titio centũ 70. §. titio genero ff de cond. & dem.* Marta *de ſucceſſ. legali 1. part. quæſt. 26. artic. 4. num. 8.*

N.163 In legitima vero nec conditio caſualis poteſt poni, veluti ſi nauis ex Aſsia venerit, ſi à viro diuerterit, &c. Iull. Clar. *lib. 2. recept. ſentent. §. teſtam. quæſt. 39. num. 2.* Aliàs teſtamentum eſt nullum *leg. ſi pater Cod. de inſtit. & ſubſtit.* Nam, vt aduertit Iull. Clar. deficiente conditione filius nec inſtitutus, nec ex hæredatus inuenitur; & ſic vt præteritus rumpit teſtamentum: quam opinionem communem affirmat Iaſſ. *in illa lege num. 8. & ſeq.* Imo hoc, non ſpectato euentu conditionis, vt cum pluribus Harp tectus *ad Clar. ibid. n. 5.* Ergo eodem modo in alimentis? Etſi dicta Maria nunquam diuertit ab Ioanne, & præmortua eſt, nunquam ei ſunt alimenta relicta? Ergo, &c.

N.164 Pondero celebrem textum in comprobationẽ prodictorũ *in leg. ita tamen 27. §. qui rogatus 12. ff. ad S.C. Trebell.* cuius verba ſunt ipſa eius ponderatio, ibi *Qui rogatus eſt emancipato libero reſtituere hæreditatem, cogi debet adire, & reſtituere: quamuis filius contra tabulas bonorum poſſeſsionem accipere poſsit.* Vbi Gotofredus, *præteritus filius cenſetur, qui directò non eſt inſtitutus.*

N.165 Maximè cum quicumque dies incertus conditionem importet,

& eodem modo, quod hæc non poteſt imponi, nec in inſtitutione filij, nec in ſua legitima, nec in alimentis, quando eius loco ſubrogantur; nec ille. Papin. *in leg dies incertus 75. ff. de cond. & dem.* ibi: *Dies incertus conditionem in teſtamento facit.* Vlp. *in leg. ſi cum hæres 4. ff. quando dies leg. ced.* ibi: *Si cum hæres morietur, legetur, conditionale legatum eſt, denique viuo hærede defunctus legatarius ad hæredem non tranſfert,* vbi Gotofred. *ſub die enim incerto relictum eſt, quod habetur conditionis loco leg. 7. ſup. de cond. & dem.*

N. 166 Idem, & melius compræhendit I. C. *in leg. hæres meus 79. in pr. ff. de cond. & dem. §. 1.* ibi: *Hæres meus, cum ipſe morietur, cẽtum Titio dato, legatum ſub conditione relictum eſt, quamuis enim hæredem moriturum certum ſit, tamen incertum eſt, an legatario viuo dies legati non cedit, & non eſt certum ad eum legatum peruenturũ.* Ergo multo melius in dicta Maria, cuius matrimoniũ cũ Ioanne, quãuis certũ ſit diſſoluendum, non eſt certum, an ſit per mortem Ioannis, an per occaſum Mariæ?

N. 167 Et in quocumque caſu, quando legitima relinquitur filijs à quocumque caſu dependens eſt teſtamentum nullum, vt omnia decãtãt iura. *Et d. leg. ſi pater 4. Cod. de Inſtit. et Subſtit* ibi: *Si pater filium, quẽ in poteſtate habebat, ſub conditione, quæ in ipſius poteſtate non erat, hæredẽ ſcripſerit, nec in defectũ eius exhæredauerit, iure teſtatus nõ videtur.*

N. 168 Melius I. C Paulus *in leg Lucius Titius 83. ff. de condit. & dem.* ibi: *Lucius Titius ita teſtamentum fecit, Aurelius Claudius natus ex illa muliere, ſi filium meum ſe eſſe iudici probauerit, hæres mihi eſto. Paulus reſpondit filium, de quo quæreretur non ſub ea conditione inſtitutum videri, quæ in poteſtate eius eſt, & ideo teſtamentum nullius eſſe momenti.*

N. 169 Proponit I. C. Vlp. quæſtionem ſi teſtator dixit, ſi Seium hæredem meum inſtituero in Codicillis, hæres ſit, affirmat valere, quia conditionalis eſt hæc inſtitutio, & non facta in Codicillis. Eſt deciſsio eius *in leg. inſtitutio talis 10. ff. de condit. Inſtit. ſed affirmat, non eſt inutilis in quouis hærede inſtituto, præter filium.* Nam, in hoc caſu, etiam hæc dilatio, hæc remiſsio ex teſtamento ad codicillos, breuis atque hæc dependentia annullat inſtitutionem, & teſtamentum.

N. 170. Et ſic ibi Iacob. Cujac. *Certum eſt filium in poteſtate patris à patre hæredem inſtitui non poſſe ſub conditione in euentum collata, videtur enim filius præteritus leg. hæres ſuus ff de hæred. Inſt.* Ergo eodem modo ſe habet res, ac ſi Mariæ non relinquerentur alimenta à dicto Petro maioratus inſtitutore, cum, quamuis dicat relinquere, eſt ſub conditione, ſub die incerto, ſi à viro diuertat, vel diſſolutum ſit matrimonium? Ex quibus omnibus euidentiſsima remanet noſtræ quintæ quæſtionis reſolutio.

SEXTA

# SEXTA QVAESTIO.

AN talis maioratus titulo legati inſtitutus nuda, vel imperfecta voluntate reuocari valuit, & quot probetur teſtibus? Et reſoluitur affirmatiuè, probarique tribus, vel quinque teſtibus.

*SVMMARIVM.*

*Fideicommiſſum, vel legatum reuocatur pœnitentia probata. num. 1. & ſeqq.*

*Reuocatur ex imperfecta voluntate, & diſpoſitione. nu. 3. & ſeqq.*

*Reuocatur nuda voluntate. num. 11. & ſeqq.*

*Reuocatur tacita voluntate. n. 14.*

*Veluti ob inimicitias. n. 15. & ſeq.*

*Et quando ſunt cum patre, vel filio, aut fatre legatarij. num. 17.*

*Et quamuis culpa teſtatoris. n. 18.*

*Etiam ſi teſtator cauſas inimicitiæ ignorauerit. num. 19.*

*Ratio. num. 20.*

*Imo ex quacumque tacita coniectura. num. 22.*

*Ratio differentiæ inter legatum, & hæreditatem. num. 23.*

*In legatis verborum obſeruatio non eſt neceſſaria. num. 25.*

*Ademptio legatorum fauorabilior, quam datio. ibid.*

*Legatum, vel fideicommiſſum reuocatur prædictis de cauſis, quamuis res traddita eſſet; nam repetitur. num. 26.*

*Donatio mortis cauſa ſola pœnitentia reuocatur. num. 27.*

*Talis ademptio, ſeu reuocatio legati, ſi expræſſa eſt quinque teſtibus, duobus, ſi tacita, probatur. num. 28.*

*Idem in donatione cauſa mortis. num. 29.*

N. 1. HAnc quæſtionem iudicamus ſine controuerſia, nam pœnitentia probata reuocatur fideicommiſſum *leg. fideicommiſſum 27 Cod. de fideicomm.* ibi: *Fidei commiſſum eius, qui reliquerat pœnitentia probata, ſucceſſores nunquam præſtare compelluntur,* docent Salicet. Bart. Bald. *ad leg. errore Cod. de teſtam.* Socin. *conſ. 131. incipit in præſenti 1. part. & conſ. 163. incip. non fuiſſet verbo praterea ipſa in 2. part.* Michael. Craſſ. *lib. ſentent. §. donatio cauſa mortis quæſt. 78. num. 1.*

N. 2. Mantica *de coniect. lib. 12. tit. 2. nu. 1.* ibi: *& quod Ferdinand. in leg. filius fam. §. Diui num. 4. verſ. ex quibus ff. de leg. 1. tentat etiam dicere, vt procedat, quanuis ipſe teſtator viuens rem legatam legatario traddiderit, nec dubium eſt, quin pœnitentia probata legata, & fideicommiſſa præſtari non debeant.* Bald. *in d. leg. fideicommiſſum 27. num. 1* ibi: *fidei commiſſum reuocatur per pænitentiã teſtatoris, ſufficit ergo, quod teſtator dicat pæniteo vt ff. de teſtam. militis leg. militis codicillis §. veteranus.*

N. 3. Ex imperfecta volũtate, & diſpoſitione reuocatur fideicomiſſum

*leg.*

*leg. plane 34. in pr. ff. de leg. 1.* ibi: *plane, vbi transferre voluit legatum in nouiſſimum, priori non debebitur, tamet ſi nouiſſimus talis ſit, in cuius perſona legatum non conſiſtit. Leg. licet trãsferam. 20. ff. de adim. leg.* ibi: *Licet transferam legatum in eum, cum quo nobis teſtamenti factio non eſt, ſiue in ſeruum proprium, cui ſine libertate legauero: licet eis non debeatur, nec illi tamen debebitur, cui fuerit ademptum.*

N. 4. *Leg. legatum 24. §. hortos ff. eod.* ibi: *Pater hortos inſtructos filiæ legauerat: poſtea quaſdam ex mancipijs hortorum vxori donauit, ſiue donationes confirmauit, ſiue non confirmauit poſterior voluntas filiæ legato, potior erit. Sed ſi non valeat donatio, tamen minuiſſe filiæ legatum pater intelligitur.*

N. 5. *Leg. militis codicillis §. vlt. ff. de milit. teſtam.* vbi Paul. *miles iure communi teſtatus, poſtea, teſtamento iure militiæ ſuper bonis omnibus facto, poſt annum militiæ vita deceſſerat; prioris teſtamenti, quod ruptum eſſe conſtabat, non redintegrari vires conſtitit.* vbi vide per *gl. magnam, ex leg. in fraudem §. teſtamentum ff. eod.*

N. 6. *Leg. cum quidam 12. ff. de his quibus vt indignis.* vbi Papin. *cum quidam ſcripſiſſet hæredes, quos inſtituere non poterat: quamuis inſtitutio non valeret, neque ſuperius teſtamentum ruptum eſſet, hæredibus tamen, vt indignis, qui non habuerunt ſupremam voluntatem, abſtullit iam pridem Senatus hæreditatem.* Quam legem ſic ſumat Bart. *licet teſtamentum vltimum non valeat, tamen à ſcriptis in primo, tanquam ab indignis, auffertur hæreditas.*

N. 7. Docent Sebaſt. Neu *Syſtemm. iur. in d. leg. legatum 24. num. 2.* ibi: *Donatio inutilis legati ademptionem inducit. hoc § Bart. ad leg. filia nu. 4. Cod. de leg. Socin. conſ. 172. col. pen. verſ. 2. in 1. vol. Couarr. ad rubr. de teſtam. nu. 21. verſ. tertio principalis* quibus adde Bart. *in leg. ſi quis cum teſtamento num. 6. de teſtam. & gl. fin. ante fin. leg. 17. tit. 9. partit. 6.*

N. 8. Cardin. Mantica, *de coniectur. lib. 12. tit. 3. num. 4.* ibi: *Illud eſt etiã adnotandum, cum teſtator legatum vni relictum, in alium transferre, priori non deberi, tametſi nouiſſimus talis ſit, in cuius perſona legatum non conſiſtat: quoniam ademptum ei intelligitur, licet alteri inutiliter datum ſit leg. plane la 1. in pr. ff. de leg. 1. leg. & ſi transferam, leg. legatum ſub conditione ff. de adim. leg. Quod ſcribit etiam Ripa in reſponſ. 8. in fin. de iur. patron. vol. 2. Et licet Iaſſ. Couarr. & Romin. diſſentiant, ita firmiter etiam tenet Hieronim Gabr. in conſ. 218. num. 15. cum ſeqq. lib. 2.*

N. 9. Idem Mantica *dict. lib. 2. tit. 2. num. 17. & 18.* ibi: *Et quidem, per actum, etiam inutilem, & inualidum, & minus ſolemnem, legatum intelligitur eſſe ademptum* Bart. *in d. leg. legatum §. pater hortos;* Iaſſ. *in leg. certi conditio §. quoniam num. 8. ff. ſi cert. pet.* Rom. *in ſingul. 137.*

N. 10. Dom. Præſſes Couarr. *in rubr. de teſtam. part. 2. num. 77.* ibi: *Prima voluntas tollitur quoad legata, & alia, præter hæredis inſtitutionem*

*per*

per ſecundam minus ſolemnem, & inualidam. Et cum ſtatim num. 78.
ex infinitis doceat, quod legata relicta in teſtamento poſsint adimi
in codicillis, poſtea verſ. quod ſi codicilli, ibi: Quod ſi codicilli ſint ſo-
lemniter facti, ademptio ſit ipſo iure ſecundum communem, ſi vero ſolem-
nes non ſunt, ope exceptionis cenſentur legata adempta gl. in d. leg. fidei-
commiſſum, & in leg. datum, Cod. de legat. notant Imol. Alex. & Aret. in
d. leg. ſi ita ſcriptum. arg. leg. 4. in fin. ff. de adim. leg. notat. Albert. Brun.
tract. de effect. ib. formæ 23. effectu. Idem tenent Marc. Anton. Natta.
conſ. 578. num. 6. & 8. vol. 3. vbi dicit ex mente Baldi & Mich. Craſſ.
lib. ſentent. §. donatio cauſa mortis quæſt. 78. num. 3.

N. 11. Nuda voluntate reuocatur fideicommiſſum leg. ſi quis ita 3. §.
non ſolum vit. ff. de adim. leg. ibi: Non ſolum autem legata, ſed & fideicom
miſſa, adimi poſſunt, & quidem nuda voluntate leg. apud Celſum 4. §.
præterea 10. ff. de doli mali, & met. except. vbi Vlp. præterea ſciendum eſt
ſi quis quid ex teſtamento contra voluntatem petat, exceptione eum doli
mali repelli poſſe.

N. 12. Leg. ſi iure 18. ff. de leg. 3. vbi Pompon. quia nuda voluntate fidei-
commiſſa infirmarentur, vbi gl. nuda à ſermone Azo. ad hoc, Cod. de fidei
comm. leg. fideicommiſſum & infr. de adim. leg. leg. ex parte 4. &c.

N. 13. Leg. 39. tit. 9. part. 6. ibi: Reuocar puede el teſtador todas las mandas,
que ouieſſe hechas ca a que quiſieſſe. Et inferius. Otro ſi ſe podria deſa-
tar la manda, quando el teſtador cancelaſſe la eſcriptura por ſu mano meſ
ma, ò la mandaſſe cancelar a otro.

N. 14. Et etiam tacita voluntate reuocatur legatum, vel fideicommiſ-
ſum d. l. plane 11. ff. de leg. 1. leg. ſi inimicitiæ 9. ff. de his, quæ vt indig-
nis gl. pr. bata in leg. fideicommiſſum 27. Cod. de fideicomm. ibi: Et ſi poſt
factum teſtamentum pœnituit, etiam in voluntate non ſolemni, dicam non
deberi. Et poſtea: Eſt enim ambulatoria, vnde poſteriori ſtatur, ſiue fue-
rit expreſſa, ſiue tacita.

N. 15. Veluti ſolum ob inimicitias contractas inter teſtatorem, & lega
tarium d. leg. ſi quis ita 3. §. non ſolum ff. de adim. leg. ſi inimicitiæ 9. ff.
de his, quibus vt indign. vbi Vlp. ſi inimicitiæ capitales interuenerint in
ter legatarium, & teſtatorem, & verò ſimile eſſe cœperit teſtatorem no-
luiſſe legatum, ſiue fideicommiſſum præſtari ei, cui adſcriptum relictum
eſt, magis eſt, vt legatum ab eo peti non poſsit.

N. 16. Michael. Craſſ. lib. ſentent. §. donatio cauſa mortis quæſt. 78. num. 4.
ibi: Quia tunc præſumitur mutatio voluntatis. Mantica de coniect. lib. 12.
tit. 5. n. 1. ibi: verosimile eſt teſtatorē noluiſſe legatū ei præſtari. Et infe-
rius: ex tacita coniectura voluntatis propter inimicitias intelligatur ademp-
tū legatū, docent quàm plurimi Petr. Gerh. ſing. 8. nu. 3. 4. & 18. Diaz.
reg. 410. Ioſ. Lud. com. conc. 24. n. 40. & ſeqq. Tiraq. in tract. ceſſ. at. cauſ.
1. part. n. 24. & 122. Ant. Gom. to. 1. var. c. 12. n. 56. Alph. in rep. n. 610.

N.17. Ita vt idem ſit, quãdo inimicitię ſunt cum patre, vel filio Rimin. Iun. *conſ.439 num.31.& infr.* & eum ſequens Mantica *de coniect. lib. 2. cap.5 num.3.* Et etiam ſi cum fratre legatarij Ferdinand *in leg. filiusfam. § Diui num.59 ff. de leg.1.* & Mantica, *vbi proximè num.8.*

N.18. Et quamuis culpa teſtatoris fuerint inimicitię *leg.4. ibi: Et teſtatorem pænituerit prioris offenſæ ff. de adim. leg. leg. ex parte ff. eod. ibi: Et, eum teſtator grauiſſimis inimicitijs perſecutus.* Et ex Iaſſ. Bart. Ripa, & alijs Mantica, *num.9.*

N.19. Vel quando teſtator etiam cauſas inimicitiæ ignorauerit, nam adhuc ex præſumpta voluntate legatum videtur ademptum. Velut ſi legatarius cum vxore teſtatoris concubuit eo ignorante *gl. in leg. fideicommiſſum Cod. de fideicomm.* & ibi Bart. *& in leg.1. ff. de his, quibus vt indignis.* Iaſſ. *in leg. ſororum num.5. Cod. de fideicomm.* Ruin. *conſ.155 num.3. vol.3.* Dom Greg. Lup. *in leg.13. gl.13. tit.7. part.6.*

